



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Excommunicatio diuiditur in maiorem & minorem: & multipliciter est, tam respectu excommunicantis, quàm excommunicati & absoluentis considernada.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Excommunicatio. 133

*Excommunicatio diuiditur in maiorem
& minorem: & multipliciter est, tam re-
spectu excommunicantis, quàm excommu-
nicati & absoluentis consideranda.*

EXcommunicationis tam maioris, quàm minoris
notitia necessaria ac sufficiens confessori, in qua-
tuor consistit. Primò in casibus quibus est quis ex-
communicatus: vt sciat discernere, an pœnitens sit
excommunicatus. Secundò, in casibus, quibus ex-
communicatus peccat, propterea quia excommuni-
catus dicit, facit, aut suscipit aliquid, vt sciat peccata
quibus inuoluitur quis, postquam est excommuni-
catus. Tertiò, in quibus casibus alios peccare contin-
git occasionaliter ex altero excommunicato, hæc enim
peccator confessor discernere non potest, nisi noue-
rit excommunicationis efficaciam in eos qui excom-
municati non sunt. Quartò in qualitate vinculi, an
sit affectum reservatione: vt hinc discernatur, qui ab
hoc, & qui ab illo sint absoluenti. Et propterea de v-
traque excommunicatione hæc quatuor dicentur:
prius de maiore, deinde de minore: ita tamen vt pri-
mum & quartum simul locentur, & in singulis verba
in sententia posita referantur, apposita, vbi opus vi-
debitur, declaratione. Hæc enim cum suprâ dictis de
absolutione & infrâ dicendis de præcepto, sufficere
credimus confessori. Ante omnia autem circa intel-
lectum excommunicationum, siue à iure, siue à iudi-
ce sint, prænotanda sint duo. Primum, in excommu-
nicatione qualibet duo inueniri: scilicet personam,
quæ excommunicatur, & actionem, pro qua ex-
communicatur. Et personas quidem, ad quas se ex-
tendit excommunicatio, facile est discernere, perspi-
ciendo an comprehendat omnes, an aliquos, vel
aliquem.

134 Excommunicatio.

aliquem . Discernere autem actiones , non tam facile est . Oportet siquidem actionem considerare & ex parte termini , & ex parte agentis , & scire quod ex parte termini actio excommunicationi subiecta , intelligitur consummata , ita quod regulariter loquendo nisi actio illa sit consummata , non est locus excommunicationi . Verbi gratia : si excommunicatur quicumque occiderit Christianum quantumcunque aliquis animo occidendi mille vulnera lethalia Christiano inflixerit : nisi mors sequatur , non erit excommunicatus : quia non est Christiani occasio consummata , unde quantumcunque conetur aliquis percutere clericum lancea , sagittis , lapidibus : nisi lanceæ , aut sagittæ , aut lapidis ictus pertingat ad clerici personam , non incurrit excommunicationem latam contra percutientes clericos : quia manus violentæ iniectio non est consummata , consummatur enim actione ipsius clerici , & non aliter : & sic de aliis . Ex parte autem agentis , à quo egreditur actio , exigitur quòd sit agens , eliciens , seu exercens illam actionem : ita quòd si excommunicatur occidens Christianum , excommunicatus est qui occidit , non autem ille qui mandavit occidere . Et ratio est : quia in iure non dicuntur vere agere , nisi illi qui faciunt , hoc est exercent , seu exequuntur actionem illam quæ excommunicationi subiicitur . Consilens autem aut mandans solum dicitur interpretatiuè facere . In cuius signum quando canonum conditor vult comprehendere non solum facientes sed cooperantes , extendit apponendo quandoque & quicumque dederit consilium.

Excommunicatio. 135

Num, auxilium, vel fauorem: quandoque, & quicumque madauerit: quandoque, & qui fuerit mediator. Ex his enim & similibus appositionibus significatur, quòd nisi appositiones huiusmodi fierent, soli facientes essent excommunicati. Et propterea oportet lectorem & confessorem esse cautum, ne sit præceptus ad iudicandum cooperatores excommunicatos. Legat diligenter igitur verba textus seu sententiæ, & videat quas actiones excommunicat & solos facientes illas actiones iudicet excommunicatos, nisi sint etiam excommunicati dantes consilium, auxilium, fauorem, &c.

Nec obstat dictis excommunicatio iuris communis contra participantis in crimine criminoso cum excommunicatis: quia illa loquitur de participio cum iam excommunicato: ita quod præsupponit iam excommunicatum, ut infra in loco suo declarabitur. Secundum, quòd actiones cooperatoriæ dupliciter excommunicatione subiiciuntur. Primò, per modum extensionis seu cooperationis: ut quum excommunicantur iniicientes manus violentas in clericum, & omnes qui ad hoc dederint mandatum, consilium, auxilium, fauorem, &c. Et sic quantumcumque aliquis mandet, consulat, auxilietur, faueat: si non sequitur effectus, scilicet violenta manus in clericum, non incurrit excommunicatio: quia actiones istæ sic non excommunicantur, nisi quatenus cooperatoriæ sunt. Non sunt autem quatenus cooperatoriæ consummatæ, nisi terminent ad opus principale excommunicatum, scilicet iniectioem manus in clericum. Et sic de similibus intellige. Alio modo per modum propriæ actiones:

136 Excommunicatio.

vt quum excommunicatur religiosus dicens aliquid, vt retrahat audientes à solutione debitarum Ecclesiis decimarum, non enim exigitur, vt illud dicere consumetur ad effectum retractionis à solutione decimarum: vt scilicet ex illo dicere audiens retrahatur à solutione: sed consummatum est in hoc ipso, quòd dicere illud sit cum tali intentione: quia tale dicere excommunicationi subiicitur per modum cuiusdam actionis secundum se, & non per modum extensionis seu cooperationis. Fuisset autem per modum extensionis, si canon excommunicaret principaliter non soluentes decimas, & accessoriè dicentes ad retrahendum. Et sic de similibus intellige.

His igitur præmissis, seruanda sunt quatuor promissa, incipiendo ab excommunicationibus latis contra repugnantia fidei Christi.

Contra hæreticos.

In hæreticos & fautores, receptatores, ac defensores eorum. CAP. I.

Hæretici diuersimodè à canone considerantur.

EXcommunicamus omnes hæreticos vtriusque sexus, quocunque nomine censeantur, & fautores, receptatores, & defensores eorū. Hono. iiii. de senten. excommun. nouerit.

CAnonis istius materia est hæresis. Et est quò ad personas vniuersalis. Quò ad actiones verò comprehendit quatuor: vnā principalem, & tres accessorias. Vna principalis est ipsa hæresis, hoc est pertinax adhæsiō ad aliquid contrariū fidei. Secunda est fauor. Tertia receptio. Quarta defensio, ita quod omnes sunt ipso factō excommunicati. Vbi aduerte, quòd

quod istum canonem, cuius absolutio non reservatur Papæ, superuenit iugis canon in coena Domini, excommunicans omnes hæreticos, & fautores, & receptatores, & defensores eorundem: & reservatur absolutio Papæ. Et propterea hodie solus Papa prædictos absolueri potest. Sunt autem verba canonis in Coena Domini hæc: Excommunicamus & anathematizamus omnes hæreticos, Gazaros, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas, Passagerios, Euicleffistas seu Hussitas, Fraticellos de opinione nuncupatos: necnon Martini Lutheri hæresim sequentes, ipsique Martino quò minus puniri possit, quomodo libet fauentes: & quoslibet alios hæreticos quocunque nomine censeantur: ac omnes fautores, receptatores, & defensores eorundem.

Aduerte quoque inueniri alium antiquum canonem Gelasii Papæ contra hæreticos, dicentem, Quicumque in hæresim semel damnatam labitur, eius damnatione seipsum inuoluit. xxiii. quæstione prima, Acharius. el primo. Et est canon iste cum duobus capitulis sequent. directè significans firmitatem & auctoritatem sententiæ semel promulgatæ de aliqua hæresi. est enim tantæ efficacis, vt inuoluet omnes imitatores in secula seculorum. Siue igitur antiqua siue noua sit hæresis, si quis verè hæreticus est, excommunicatus est cum fautoribus &c. Et scito quod propriè loquendo, fautor hæretici solus est, qui fauet hæretico vt hæretico. Et similiter defensor hæretici solus est, quod defendit hæreticum quatenus hæreticum. Et similiter receptator hæretici solus est qui recipit hæreticum quatenus hæreticum: quoniam ex intentione & proposito maleficia distinguuntur apud iura, & formaliter sunt termini intelligendi apud sapientes in qualibet facultate.

138 Excommunicatio

In dominos seu rectores temporales, & eorum officiales circa negotium inquisitionis contra hæreticos deficientes : & omnes qui in hoc dederint cōsilium, auxilium, vel fauorem. CAP. II.

Domini temporales, vel provinciarum rectores qua de causa sint excommunicandi.

VT inquisitionis negotium contra hæreticā prauitatem ad Dei gloriam & augmentum fidei, nostris tēporibus prosperetur, &c. In qua constitutione cetero fuerunt excommunicationes. Primò enim omnes potestates, domini temporales & rectores (quibuscunque dignitatibus vel officiis & nominibus censentur) & eorum officiales & balliui qui diocesani, vel Episcopis, vel inquisitoribus hæreticæ prauitatis non obediunt: in hæreticorum, vel ipsorum, credentium, vel defensorum, receptatorum, fautorum inuestigatione, captione & custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti, excommunicantur.

Secundò, Omnes prædicti rectores, si prædictas personas pestiferas non duxerint, vel duci fecerint sine mora postquam fuerint requisiti in potestatem seu carcerem Episcoporum seu inquisitorum, vel ad aliquem alium locum de quo ipsi, vel aliqui ex ipsis, mandauerint infra eorum dominorum vel rectorum districtum: ubi per viros catholicos à præfatis Episcopis, vel inquisitoribus, vel eorundem aliquo deputatos, sub arcta & diligenti custodia teneantur, donec eorum negotium per iudicium Ecclesiæ terminetur, sicut excommunicati.

Tertiò, Omnes supradicti rectores & eorum officiales & nuncii, si de hæresi ab Episcopis vel inquisitoribus

fitoribus condemnatos, & eorum brachio derelictos, non statim coeperint indilatè animaduersione debita puniendos, non obstantibus appellationibus prædictorum, sunt excommunicati.

Quartò, omnes supradicti rectores & officiales, si captos pro crimine hæresis, absque dictorum Episcoporum, seu inquisitorum, aut saltem alterius eorù licentia, vel mandato, à captione vel carcere liberauerint, sunt excommunicati.

Quintò, Omnes prædicti rectores ipsorumque officiales, si de crimine hæresis (quum merè sit Ecclesiasticum) cognouerint quoquo modo, vel iudicauerint, sunt excommunicati.

Sextò, Omnes supradicti, si exequutionem pro huiusmodi crimine à dioecesanis, vel inquisitore iniunctam promptè (prout ad suum spectat officium) facere detractent, vel dioecesani seu inquisitoris iudicium, sententiam seu processum directè vel indirectè impedire præsumant, sunt excommunicati.

Septimò, Omnes supradicti qui præfato fidei negotio, Episcopo vel inquisitori, incumbenti, se opponere præsumserint, vel ipsum aliquo modo impedire, sunt excommunicati.

Octauò, Omnes qui scienter in prædictis vel aliquo prædictorum dederint auxilium, consilium vel fauorem, sunt excommunicati, extra de hæreti. vt inquisitionis.

Canones isti vsque ad octauum non contra omnes sed officiales in materia hæresis vt clari iudicibus relinquuntur. Octauus autè contra omnes est.

Et est absolutio omnium horù Episcopalis quantum est ex isto canone. Quòd ideo appono: quia pro quanto isti, in numerum fautorum, aut defensorum hæreticorum transirent: faciendo aliquid horum, vt fauerent, aut defenderent hæreticos, incurrerent,

scilicet

140 Excommunicatio

sententiam latam in cena Domini, & absoluenti
essent à sole Papa.

*Inquisitores & alij officij inquisitionis
executores, contra hereticos contra cōscien-
tiam suam procedere omittentes, vel falsè
heresim imponentes.*

CAP. III.

*Inquisitores heretica prauitatis duplici re
causa excommunicationem ratione of-
ficij sui possunt incurrere.*

Inquisitores, & alii inquisitionis officij exequutio-
nem substituti ab episcopo vel inquisitore: si odii,
gratiæ vel amoris, lucri aut cōmodi temporalis obtē-
tu, contra iusticiam & conscientiam suam omiserint
contra quemquam procedere. Vbi fuerit super prauita-
te heretica procedendum, aut obtentu, eodem prauita-
tatem ipsam aut impedimentum officij sui alicui im-
ponendo, eū super hoc præsumperint quoquo mo-
do vexare: præter alias pœnas, excommunicationis
sententiam eo ipso incurrant. A qua nisi per Roma.
Pon. nequeant (præterquàm in mortis articulo, &
tunc satisfactione præmissa) absolui nullo in hac par-
te priuilegio suffragante.

Clemen. de here. cap. multorum in clemen.

Canonis istius materia est iustitia, cum mala con-
scientia inquisitorum heretica prauitatis. Quò
ad personas, ligantur duo genera personarū: s. inquisi-
tores, & alii ad dicti officij exequutionem deputati.
Quò ad actiones, ponuntur duæ scilicet. omissio pro-
cedendi vbi fuerit procedendum: & vexatio inno-
centis, imponendo illi vel heresim, vel quod impedi-
ret inquisitionis officium. Et debet vtraque actio ve-
stri

In inquisit. iniquos. 141

stiri obtentu odii, gratiæ vel amoris, lucri aut com-
modi. Et præter hoc prima actio debet esse contra
iustitiam & conscientiam: ita quod huiusmodi omis-
sio ad hoc, ut hinc poenæ subiaceat, requirit, ut si non
solum contra iustitiam, sed etiam contra conscien-
tiam. Noluit enim conditor Canonis ligare omitten-
tem contra iustitiam ignoranter, sed voluit ut esset o-
missio contra conscientiam suam hoc est contra sci-
entiam suam applicatam ad talem omissionem, ita
quod etiam conscientia sua diceret non esse omitten-
dum, quamvis amor vel odium &c. trahat ad omit-
tendum. Cæterum in loco isto videre facile potes, sub
Ecclesiastico iudicio cadere actus interiores odii vel
amoris non absolutè ut occulti sunt, sed ut ad extrà
procedit: ut. s. sunt rationes exterioris commissionis,
vel omissionis. Excommunicantur siquidem hic in-
quisitores, qui ex odio vel amore omittunt procedere
&c. Et est Papalis absolutio, nisi cum satisfactioe
præmissa in mortis articulo.

*Inquisitores, & ipsorum vel Episcoporum
seu capitulorum sede vacante commissarios:
pecuniam illicitè extorquentes, aut scienter
Ecclesiarum bona ob clericorum delictorum
fisco etiam Ecclesiæ applicare attentantes.*

CAP. IIII.

*Bonorum Ecclesiasticorū delapidatores &
sede vacante privilegijs Ecclesiasticis
abutentes excommunicantur.*

*Inquisitoribus & tam ipsorum, quàm Episcoporum,
Iquam capitulorum sede vacante super hoc depu-
putatis*

142 Excommunicatio.

putatis commissariis districtius iniungimus ne prætextu officii inquisitionis quibusvis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant, nec scienter attentent Ecclesiarum bona ob clericorum delictum, prædicti occasione officii fisco etiam Ecclesiæ applicare. Quod si secus in his, vel eorum altero fecerint, excommunicationis sententiæ eos subiacere decernimus ipso facto. A qua non possint absolui (præterquam in mortis articulo) donec illis à quibus extorserint, plenè satisfecerint de pecunia sic extorta: nullis privilegiis, pactis aut remissionibus super hoc valituris. Clement. de hære. cap. nolentes. in clemen.

Canonis istius materia partim quasi rapina, & partim sacrilegium est, & quò ad personas duo genera personarum leguntur. Primum est inquisitorum. Secundum commissariorum quorumcunque, siue sint commissarii inquisitoris, siue Episcopi, siue capituli sede vacante. Quò ad actiones explicantur duæ. Prima est extorsio pecuniæ à quocunque, modis illicitis, prætextu officii inquisitionis. Secunda est applicatio scienter bonorum Ecclesiæ, ad fiscum, etiã Ecclesiæ ob delictum clerici, prætextu similiter dicti officii. Vbi discernere potes, quod prima actio tribus contenta est conditionibus. Secunda autem exigit quinque conditiones: vt patet computando illas. Nota hic, quòd appellatione commissariorum in proposito veniunt etiam vicarii: quoniam vicarii commissarios agunt. Appellatione quoq; pecuniæ venit omne quod pecuniæ vicè supplet: vt frumentum, vinum & huiusmodi quæ pecunia mensurantur. Et est excommunicatio ista episcopalis post plenam satisfactionem, & non aliter nisi in mortis articulo.

*In suspectos de hæresi Fratricellos, Bisochos
siue Bighinos, etc. CAP. V.*

Suspectus

*Suspectus de heresi tribus eocurrētibus ex-
communicationem incurrit.*

Fratricellis, seu fratribus de paupere vita aut Bi-
lochis siue Bighnis, & aliis quibuscunque sub pœ-
na excommunicationis (quā eos, si secus fecerint,
incurrere volumus ipso facto) iniungimus expressē,
ne statum siue sectam huiusmodi ab ipsis assumptam
sectentur vterius, vel ipsam de nouo assumere quo-
quo modo præsumant.

Episcopos quoque & eorum superiores & etiam
alios prælatos quoscunque qui prædictis personis vel
aliis ritum viuendi & habitum supradictos præter
specialem Apostolicæ sedis auctoritatem deinceps
concesserint, prædictæ excommunicationis pœnæ
ipso iure decernimus subiacere. Ioan. xxii. in Extra.
cap. sancta Rom.

Canonis istius materia, est suspecta de heresi se-
cta Fratricellorū, &c. Quo ad personas est vni-
uersalis. Quo ad actiones tres explicantur. Prima est,
perseuerare in illa secta. Secunda est assumere dictæ
sectæ ritum. Tertia est concedere ritum, & habitum
huiusmodi. Et hæc tertia actio limitatur ad Episco-
pos & eorum superiores & alios prælatos quoscun-
que: ita quod tam perseuerantes, quā de nouo assu-
mentes, quā prælati concedentes, sunt ipso facto ex-
communicati. Et est episcopalis absolutio.

Et nota quod ex hac extrauaganti non habetur,
quæ dicitur excommunicatio cōtra inueniētes nouū
ordinē habitū &c. quoniā, vt patet intuenti, ista excō-
municatio non excedit sectam, ritū, habitumque par-
ticularem, scilicet Fratricellorum.

*In mulieribus statum Beghinatus as-
sumptum, sectantes, vel ipsum de nouo assu-
mentes,*

144 Excommunicatio.

mentes, ac religiosis quoquomodo eas admittentes, dantes in hoc auxilium, cōsiliū, vel fauorem. CAP. VI.

Beghinarum status suspectus tribus medijs excommunicationi subiacet.

Sacro approbante Concilio, statum Beghinarum perpetuò prohibendum ducimus, & à Dei Ecclesia penitus abolendū, eidem & aliis mulieribus quibuscunque sub pœna excommunicationis (quam contrarium facientes incurrere volumus ipso facto) iniungentes expressè, ne statum huiusmodi dudum forte ab ipsis assumptum sectentur vterius, vel ipsum aliquatenus de nouo assumant. Religionis verò per quos eadem mulieres in huiusmodi statu Beghinali foueri, & ad ipsum suscipiendum duci dicuntur, sub simili excommunicationis pœna (quam eo ipso, si seculus egerint, se nouerint incururos) districtius inhibemus, ne mulieres aliquas prædictum statum assumptum sectantes, vel de nouo assumētes, quoquomodo admittant præbentes, super hoc auxilium, cōsiliū, vel fauorem. de religiof. domi. capitulo primo.

Canonis istius materia est suspectus status Beghinarum. Quantum ad personas, duo genera comprehenduntur: scilicet mulieres & religiosi. Quantum ad actiones verò tria genera. Primum est, sectari vterius huiusmodi statum assumptum. Secundum est, de nouo dictum statum assumere. Et hæc duo respiciunt mulieres. Tertium autem quod respicit religiosos, est præbere vllō modo auxilium, cōsiliū vel fauorem super dicto statu sectando vel assumendo. Aduerte deinde appellatione Beghinarum non venire mulieres deuotas; quæ alicubi Bischochæ vocantur: quæ in domibus pœcenis dimissæ, à
pupris

Excommunicatio. 145

nuptiis abstinent, nullasque regulas profitentur, nullique modo viuendi se adstringunt: sed Deo famulari in sua puritate malunt prout Spiritus sanctus illas inspirauerit. Sed Beghinæ quæ hic excommunicantur, sunt aut infidèles, de quibus loquitur clem. ad nostram. de hæresi. aut sunt suspectæ de fide: vt in hac. Decretali insinuatur. Et est Episcopalis.

Contra schismaticos.

In pertinaciter se ab obedientia Rom. Pont. subrahentes, seu quomodolibet recedere præsumentes, &c. CAP. VII.

Romanæ curiæ inobedientes vinculum excommunicationis indubitantur incurrunt.

Excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui in animarum suarum periculum, se à nostra, & Roma. Pontificis pro tempore obedientia pertinaciter subrahere, seu quomodolibet credere præsumunt: & qui per se vel alium, seu alios directè, vel indirectè prædicta exequi vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare nõ verentur. In processu cœnæ Domini.

Canonis istius materia est schisma. Quò ad personas, est vniuersalis. Quum ad actiones explicantur duo genera actionum: scilicet principalium & accessoriarum. Et principales quidem sunt duæ. Prima est, subrahere se pertinaciter ab obedientia Rom. Pont. Secunda est, quomodolibet præsumere recedere ab eadem obedientia. Accessoriæ autem valde disperguntur & dilatantur, dñ multiplicantur per tot modos, per se, vel per alium, directè vel indirectè, &c.

Vbi nota, quòd aliud est recedere ab obedientia

K

ROM.

146 Excommunicatio.

Rom. Pont. & aliud est transgredi præcepta eiusdem, etiam ex contemptu. Nam recedere ab obedientia, est nolle recognoscere ipsum ut superiorē, ut patrem spiritualement, ut Christi vicarium, &c. transgredi autem præcepta ipsius etiam in despectum eius, ita cum recognitione ipsius ut pontificis, superioris, &c. Et propterea in hunc canonem non incidunt contemptores præceptorum, nisi Ro. Pont. nolint recognoscere ut caput totius Ecclesie vice Christi. Et est Canon iste reseruatus Papæ.

In præsumptuosè volentes, quòd ordinationes ab Octauiano & Guidone factæ, vel ab ordinatis ab ijs sint ratæ, &c.

CAP. VIII.

Ordinationes ab hæresiarchis inditas approbantes vel recipientes, excommunicationis vinculo inmodantur.

Ordinationes ab Octauiano & Guidone hæresiarchis factas, & ab ordinatis ab eis irritas esse censemus: adicientes ut qui dignitates Ecclesiasticas seu beneficia per dictos schismaticos acceperint, careant imperatis. Alienationes quoque quæ per eosdem schismaticos seu per laicos factæ sunt de rebus Ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad Ecclesias sine omni onere reuertantur. Si quis autem contraire præsumperit, excommunicationi se nouerit subiicere, extrà de schismaticis. cap. j.

Canonis istius materia partim est schisma, partim sacrilegium circa alienationem bonorum Ecclesie. Et quò ad personas, vniuersalis est. Quò ad actiones ponitur vna: quæ tamen multiplicatur iuxta materias. Actio est præsumere contraire contra hoc.

scilicet

In falsos Prælatos. 147

scilicet quòd ordinationes sint irritæ, & quòd beneficia accepta non retineantur, & quòd alienatio facta à schismatico vel laico careat firmitate, & quòd sine onere reuertatur ad Ecclesiam. qui enim voluerit, quòd ordinationes sint ratæ, aut quòd beneficia retineantur, aut quòd alienatio sit firma, aut quòd redeat ad Ecclesiam cum onere, excommunicationem incurrit. Episcopalis tamen est secluso schismate.

Nota tamè hic, quòd alienatio de qua hic est sermo, iuxta literæ sonum intelligenda est, vt exposuimus, hoc est de sacrilega alienatione: quoniam alienatio facta à laico, sacrilega est, & litera distinguit à schismaticis laicos. Non damno tamen exponentes laicos non qualitercunq; sed fultos auctoritate schismaticorum. Rationabilis videtur expositio: quia de schismaticis est Canon iste: vt per ipsos schismaticos, Ecclesiasticos: per laicos verè, innixos illorum auctoritati laicos significet.

In eum qui de tertiæ partis Cardinali nominatione confusus, Papæ sibi nomen usurpat, & eos qui ipsum recipiunt: item in eum qui à paucioribus, quàm duabus partibus Cardinalium electus, nisi maior concordia intercesserit, gerit se pro Papa.

CAP. IX.

Prælationis nomen indebitè sibi assumens vel usurpans, & sub illius prætextu falsum seminans, excommunicatus est.

Statuimus, vt si fortè inimico homine supersempta zizaniâ inter Cardinales, de substituendo

K a

summo

148 Excommunicatio

summo Pon. non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, tertia pars concordare noluerit, aut sibi alium præsumpserit nominare, ille absque vlla exceptione ab vniuersali Ecclesia Ro. Pon. habeatur qui à duabus partibus fuerit electus & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus, sibi nomen Episcopi vsurpauerit, tam ipse, quam qui eum receperint, excommunicationi subiaceant. Et infra, Si à paucioribus quam duabus partibus aliquis fuerit electus ad Apostolatus officium, nisi maior concordia intercesserit, nullatenus assumatur: & prædictæ poenæ subiacet, si humiliter noluerit abstinere. extra de elec. c. licet.

CAnonum istorum materia est schisma aut schismatis initium. Quò ad personas, sunt vniuersales. Quò ad actiones nota duos casus. Primus est, si quis de tertiæ partis Cardinalium nominatione confisus, Papæ sibi nomen vsurpauerit: & tunc tam ipse, quam ii qui eum receperint, sunt excommunicati. Secundus est vniuersalis casus, hoc est si à paucioribus quam à duabus partibus Cardinalium electus, nisi maior concordia intercesserit, gerat se pro papa: tunc enim prædictæ poenæ subiacet. Et est absolutio secluso schismate, Episcopalis.

Contra manus violentas.

In eos qui suadente diabolo in clericum vel monachum manus violentas iniiciunt.

CAP. X.

Manus violentas in clericum iniiciens excommunicatur.

SI quis suadente diabolo huius sacrilegii vitium vel Scrimen incurrit, quòd in clericum vel monachum manus

In percutien. clericum. 149

manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subi-
ciatur. Et nullus Episcoporum præsumat illum absol-
uere (nisi mortis urgente periculo) donec Apostolico
conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.
In Decret. xvii. quæst. iiii. cap. si quis. & est Innocen.

CAnonis istius materia est sacrilegium quo manus
violenta in clericum iniicitur. Et quò ad perso-
nas est vniuersalis. Quò ad actiones verò vna est
principalis: scilicet manus violentas in clericum sua-
dente diabolo iniicere. Et est papalis. Actiones verò
accessoriæ (scilicet mandare, dare consilium, auxilium
vel fauorem ad huiusmodi manū violentam) ex aliis
Canonibus habentur: quos breuitatis causa omitto.

Circa hanc excommunicationem punientem sa-
crilegium manus violentæ in clericum vel mona-
chum, nota septem.

Primò, quòd quia manus est organum organo-
rum, appellatione manus violentæ venit non solum
quæcunque percussio, sed etiam pulueris aut aquæ
iniectio: imò & consputio, ac violenta acceptio cuius-
cunque rei de manu seu persona clerici: insuper ca-
ptio, detentio, & cancer. Non autem præcipere exi-
litum, aut confinia, intra quæ se contineat: quia in illis
violenta manus (hoc est exterior violenta) in istis so-
la præcepti vis interuenit. Per inferiorem quoque
violentiam clerico intellige non solū exequutorem,
sed mandantem & dantem ad hoc consilium, auxi-
lium, fauorem, consensum: imò etiam ratum habentem
post factum, si nomine suo factum est. Appella-
tur etiam à iure in proposito consentiens ac faciens,
qui quum debeat & manifestè possit, desinit obuiare.
Et propterea pari pœna punitur: quia (iuxta Aposto-
li sententiã) digni sunt morte non solum qui faciunt,
sed & qui consentiunt facientibus. Et quia duplex est
genus debentium: scilicet vel ex officio, vt officiales:

✠ 3

(& isti

150 Excommunicatio

(& isti proculdubio ligantur , si manifestè possunt obuiare, & non curant) vel ex casu necessitatis, quo tenemur succumbentem oneri subleuare, quum non sit alter subleuans. Et isti si manifestè possunt, ex interpretatione iuris ligantur , vt patet in cap. quantar. de sentent. excommunic. Crediderim ego istos tunc tantùm ligari , quum ex intentione nolunt obuiare, cognoscentes se absque periculo ac damno posse obuiare, tales enim inexcusabiles sunt à cōsensu , ex quo necessitatis articulus obligat eos ad abstandum, sicut officiales obligant debitum sui officii. Nota secundò, quòd quia violentia distinguitur ab actibus subdolis, fraudulentis & huiusmodi , & rapina distinguitur à furto: ideo licet manus violenta esset , si quis vi acciperet aliquid, quod tenet clericus in manu, seu in persona , non tamen esset manus violenta si quis furto tolleret nummos ex loculo gestato à clerico. Et similiter si quis cingulum quo actualiter cingereetur, furtiuè tolleret, etiam si præcisio interueniat : quoniam præcisio illa non violèta sed furtiua est. Nota tertio, quòd violentia hoc in loco plus denotat quam significet. Nam licet significet quod sit in inuitū (quia hoc propriè est violentum) intelligimus tamen per hoc etiam iniuriosam manum: ita quòd licet clericus consentiat , vt verberetur : si iniuriosa est verberatio, excommunicatus est verberans. Et hac eadem ratione clericus percussiens seu verberans seipsum iniuriosè, per se vel alium , excommunicatus esset non minus, quam si alium clericum sic percussisset aut percussum procurasset . Et hinc respondetur quæsito, an monialis procurans abortum porione vel phlebotomia, incidat in hunc canonem . Dicitur enim quòd non incidit: quia manus hæc licet sit violenta naturæ, non tamen est violenta personæ consentienti, nec est iniuriosa statui Ecclesiastico.

Nota

In percutione clericorum. 151

Nota quartò, quòd manus violenta potest esse sacrilega duplici ratione: vel absolute, vel ex iuris positione. Appellatur autem & est sacrilegium absolute, iniqua percussio clericorum. Vocatur verò & est sacrilegium ex iuris positione, clericum merentis mille mortes occiso per sententiam iudicis laici, hoc enim & similia quæ secundum se sunt iusta, & sunt solum mala, quia prohibita ex iure positivo, sacrilega quidè sunt, sed ex positivo iure originem trahentia. Et hoc modo sacrilegium est, si monachus causa correctionis verberatur per laicum, aut necessitate non urgente per alium clericum vel monachum ab Abbate: ut in capitulo vniuersitatis. de sententia excommunicationis.

In presentibus igitur censura sacrilegium sumitur utroque modo: ita quòd excommunicationi subiaceat manus violenta sacrilega, siue absolute, siue ex iuris positione. Et propterea quicumque zelo iustitiæ laicus homo vel dominus moueatur contra clericum pessime meritum, non excusatur à sacrilegio manus violentæ: nisi in casu sibi à iure permissio. Permitti autem creditur à iure officialibus laicis capere ac detinere clericum (presentandum quàm citius suo prælato) inuentum in crimine patraro vel patrando. Et nihilominus cuiuslibet cuius interest, permittitur recuperare violenter à clerico res furto sublatas, vel raptas antè, quam fur vel latro ad alia diuertat, hoc est antè, quàm adipiscatur possessionem quasi quietam rerum ablatarum: sicut etiam licitum creditur debitorem clericum fugientem vel fugam parantem detinere presentandum suo Prælato. In his enim & similibus quum constet sacrilegium non interuenire ex natura facti (quia non ad iniuriam clericorum, sed ad iustitiam senditur) & ex positivo iure non fit prohibitio, non est locus sacrilegio. Nota quintò, casum, in quo manus violenta in clericorum verè sacrilegium

152 Excommunicatio.

non punitur hac excommunicatione. Et est, si clericus turpiter operans cum vxore, matre, filia, vel sorore inuentus percutitur: vt patet in cap. si verò. de senten. excommuni: Percutiens enim ex vindicta, licet peccet mortaliter, & sacrilegus sit: iure tamen humano cōpatiente iusto dolori, impunis euadit. Si tamen dolus interueniat (puta quia vir consentit vt vxor clericum admittat ad hoc, vt percutere eum possit) excommunicatus est percussendo: quia dolus interueniens compassionem legis tollit.

Nota sexto, manum violentam in clericum non sacrilegum quinque modis inueniri. Primus est quum est sacra: vt puta quum correctionis causa ab habente legitimam potestatem, legitimè exercetur. Sic enim Episcopus per clericum, inferiores verò prælati per seipsos clericum verberant, detinent autem & capiunt per quoscunque. Si ad hunc modum spectat verberatio, qua naturalis pater corripit filios, clericos, & magister discipulos, & maiores seu seniores ecclesiæ pueros: & clerici afficientes eos qui perturbant diuini officii cultum. Et sicut sacra est horum correctio, ita sacrilega efficeretur eorundem actio si ex odio & iniquitate clericos eosdem verberarēt: ac per hoc essent excommunicati. Secundus est, quum est licita: vt quum quis defendendo se aut sua, aut alios, vim vi repellit cum moderamine inculpatae tutelæ. Nec arctatur licita hæc defensio ad casum, quo inuasus non potest aliter se aut sua aut alios saluare: sed rationabiliter extenditur etiam ad casum in quo tamen vituperabiliter fugiendo posset se saluare: quia non tenetur ignominiosam fugam pati laicus à clerico inuasore, sed potest suum saluando honorem sicut & cæteras res, vim vi repellere. Non intelligas tamen licere ei propter hoc acceptare duellum à clerico prouocante illo: quia aliud est velle pugnare, & aliud se & sua tuendo,

In percutientes cleri. 153

ruendo, contra clericum nō minis, sed factō inuadente pugnare. Et ad hanc licitam defensionē reducuntur superius dicta in tertio notabili de captione licita, quoniam in defensionem iustitiæ sunt. Et quā non minus castitatem quam reliqua bona tueri debeamus. Si mulier aut puer impetatur de turpitudine à clerico & pro euadendo molestiam, non verbo, sed factō inuadentis, percutit aut mordet (quia nec fugere licet nec clamare potest, aut infamiam putat) nullam incurrit censuram: quia defensio cum moderamine inculpatae tutelæ, tali sexui, seu ætati videtur. Et si excessus interueniret, exemptus est à canone, qui excusat patrem, maritum, fratrem & filium, ut prædictum est. Et multo magis excusat agētem pro persona propria in materia turpitudinis iniuriolæ. Si enim licet mihi impunè percutere iniuriantem mihi in turpitudine meorum, multo magis impunis sum percutiens iniuriantem mihi in turpitudine propriæ personæ. Et sicut sufficit ibi inchoatio actus, ita hic, qui enim attentat violare, iam turpem actū inchoat. Tertius est, quum manus violenta est qui imperfecta ex defectu deliberationis: ut contingit in primis motibus. Si quis enim absque deliberatione ex subita passione manum in clericum iniicit, ita quod aduertens quod facit, retrahit manum. non est excommunicatus: quia manus violenta, non est perfectè actus humanus: ac per hoc non est sacrilega, nisi imperfectè: sicut primus motus adulterii, nō est adulterium. Excommunicatio autē hæc præsupponit sacrilegium simpliciter, & non secundum quid tantum, quale est hoc. Et ad hunc modum reducuntur percutiones tam defensiuæ, quam correctiuæ, quando modicum excessiuæ sunt: quia non ex deliberatione fit excessus ille, sed quasi ex impercepta passione impellere. Quartus est, quum violenta manus est imperfecta ex defe-

X 5

Qu ex

154 Excommunicatio

Actu exteriori actus: puta quia tam leuis ac leuiter iniecta est, vt pro nulla habenda sit, & vt vnico verbo dicatur, quando manus violēta est ita leuis, vt si esset in laicum, non constitueret peccatum mortale, propter hoc quod est in clericum, non subiaceret huic excommunicationi. Et ratio est, quia non est sacrilegium: canon autem iste expressē supponit sacrilegiū secundum completam sacrilegii rationem, & non secundum quid: quale est veniale sacrilegium, vt sic liceat loqui. Quintus est: quum manus violenta est imperfecta ex defectu formæ, hoc est intentionis: quia scilicet non per se intenditur, siue quia violentia non intenditur: vt quum quis castigando clericum, modum excedit ex imprudentia putans se non excedere: siue quia non intenditur, quod sit in clericum, vt quum ex ignorantia clericus percutitur aut capitur: quoniam per se loquendo non incurritur sacrilegium nisi sub intentione cadat. Et hoc intellige, nisi ignorantia culpabilis reducat actum in naturam suæ formæ: vt quia debuit, & potuit scire, nec curauit scire. Et ad hunc modum reducuntur casus omnes, in quibus non formaliter, sed materiater tantum manus violenta in clericum iniicitur, vt contingit officiali. Principis arcenti turbam in qua sunt clerici. Ad hunc etiam modum reducuntur casus, quibus absque animo iniuriandi violentia rationabiliter inferitur clerico: vt si quis fugiens persequentes, clericum ex caballo necessario fugienti collat vt velociter se saluet: sicut enim non est reus rapinæ equi, ira nec violentiæ sacrilegæ: quia non animo iniuriandi, sed necessitate seipsum saluandi totum sit in casu, in quo si lex viua adesset, cessare se diceret. Et simile est, si in casu defensionis, occurrentem gladium de latere clerici tolleret, vt posset se tueri. Et sic de similibus

Nota

In percutione clericorum. 155

Nota septimò, appellatione clericorum seu monachorum venire non solum omnes habentes primam tonsuram, & omnes utriusque sexus professos aliquam approbatam religionem, sed etiam eandem religionum novitios & conuersos, hoc est qui se & sua, mutato habitu, alicui religioni dedicauerunt perpetuò. Et hoc intellige, nisi sint priuilegio clericali priuati: ut sunt degradati, & secundum quosdam, hæretici, & bigami, & coniugati sine habitu & tonsura, & apostatae, seu enormitatibus sæuis vacantes &c. tertiorum autem genus (qui scilicet vocantur de tertio habitu alicuius religionis) ex hoc solo quòd sunt tertiani, non gaudent hoc priuilegio: quia nec sunt religiosi (quum non habeant solennem professionem, qua religiosi à non religiosis distinguuntur) nec conuersi religionis, nec nouitii religionum, nec clerici. In iure autem quatuor hæc genera tantum ponuntur, ut patet intuenti.

Demum circa calcem huius canonis, ubi reseruetur Papæ absolutio ab hac censure, scito tria exceptionum genera habere hic locum. Primum, ex qualitate facti. Secundum, ex qualitate personarum. Tertium, ex accidente impedimento. Ex qualitate quidem facti. nam tripliciter inuenitur manus hæc violenta. Quandoque enim est iniuria leuis, quandoque grauis, quandoque enormis. Et si est leuis, potest Episcopus absolute: si grauis vel enormis, Papæ vel legato de latere reseruetur regulariter absolutio. Discernere autem & iudicare leuem, vel grauem, aut enormem, ad iudicem (hoc est Episcopum) pertinet. Et de enormi iniuria, ex iure canonico manifestum est multipliciter inueniri. Primo, ex magnitudine facti: ut si peruentum est ad mutilationem membri, aut sanguinis effusionem (quæ abundantiam significare videtur) aut graue vulnus. Secundo
ex per-

156 Excommunicatio

ex persona læsa : vt si in Episcopum , aut Abbatem. Tertio, ex persona lædente : vt si laicus officialis auctoritatiuè percutiat clericum. Quarto ex scandalo: vt si monachus percutiat clericum secularem : quod ponderabis . Ex iure verò ciuili & doctoribus supra dictis, ex persona læsa, si sacerdos indutus sacris vestibus percutiat. Et ex irreuerentia: vt si in cōspectu Prælati percussio fiat. Ex loco: vt si in Ecclesia, vel in platea. Ex loco vulneris : puta si vulneratus in oculo. Et ex notorio, & specialiter temporis, putæ magnæ festiuitatis. Ex qualitate verò personarum, nam puerorum intra pubertatis annos excessus quicumque commissus, & mulierum potest ab Episcopo semper absolui: etiã si pueri post pubertatem absolutionem petant. Similiter religiosi in claustris se inuicem percutientes, & ad religionem transeuntes, nisi difficilis & enormis fuerit excessus: vt mutilatio, aut effusio sanguinis, aut in Episcopum vel Abbatem fuerit, cap. quum illorum, de sent. excomm. Qui etiã sui iuris non sunt (quales sunt serui, & filii familas, & huiusmodi) absolui possunt ab Episcopis in duobus casibus. Primus est, si deliquerint in fraudem : hoc est vt subtrahant se ab obsequio debito dominis, veniendo ad sedem Apostolicam. Secundus est, si ipsi domini sine culpa sua graue damnum propter hoc incurrant: nisi excessus sit tam grauis & enormis, vt propter vitandum scandalum & tollendum exemplum aliorum, debeant ad sedem Apostolicam destinari. Ex interueniente demum impedimēto absolui in primis possunt à quocunque excessu omnes in mortis articulo constituti. Infirmi quoque seu valetudinarii quacunque corporis impotentia impediti, & senes impotētes accedere, & similiter qui ob inimicitias quas habent, aut ob inopiam quam patiuntur, non possunt accedere, & demum quocunque canonico impedimento

retra

retrahantur, ut nec ad sedem Apost. nec eius Legatum ire possint, absolui possunt ab Episcopis, servata duplici moderatione. Prima est, ut satisfiat clericis iniuriam passis. Secunda est, ut iurent quod cessante temporali impedimento, presentabunt se Apostolica sedi, parituri illius mandato. De nobilitatis autem magna potentia, disponit ius, quod talium dominorum ac delicatiorum excessus significandus est antequam absoluantur, sedi Apostolicæ & secundum illius consilium postea fiat absolutio nisi periculum sit in mora. tunc enim iuxta impedimentorum canonicorum rationem agendum esset.

In sequentes Cardinales, vel manus violentas in eos iniicientes. Item in Dominos temporales constitutionem cap. felicis libro vj. contra presumptiores, prefatos servari non facientes. CAP. XI.

Prælatos Eccle. hostiliter insequentes Anathematis vinculo innodantur.

SI quis in hoc sacrilegii genus irreperit, quod sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales hostiliter fuerit insequutus, vel percusserit, aut cœperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandaverit, aut factum habuerit ratum, aut consilium dederit vel fauorem, aut postea receptaverit vel defensusaverit scienter eundem, sicut criminis læsæ maiestatis reus, perpetuò sit infamis. Et infra. Ex insequutione prædicta, sicut ex iniectioe manuum violenta, ipso facto sententiam excommunicationis quis incurrat, tam ipse insequutor, quam alii supradicti tãti mali participes. Nec ab alio, quam à Rom. Pont. possit beneficium absolutionis obtinere, nisi in articulo mortis, Et infra: Si Princeps, Sena-

158 Excommunicatio.

tor, Consul, Potestas, vel alius dominus, siue rector contra præsumptores prædictos præsentis constitutionis tenorem non facerit obseruari, tam ipse, quàm officialis eius intra mensem postquam res ad eorum notitiam venerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Bonifa. extra de poen. cap. felicis. lib. vi.

Materia istius canonis est sacrilegium insequutiones & manus violentæ in Cardinales sanctæ Ro. Eccl. Quò ad personas canon est vniuersalis. Quò ad actiones, comprehendit decem actiones: scilicet insequi, percutere, capere, sociare facientem, mādare, ratum habere, cōsulere, fauere, receptare, defendere scienter: ita quòd quicquid horum aliquis commiserit, est excommunicatus. Et reseruatur absolutio Papæ. In secundo autem canone, si Princeps &c. materia est omisso seruandi dictam cōstitutionem, tanquam quasi probans sacrilegium factum. Personæ verò excommunicatæ sunt septem: scilicet Princeps, Senator, Consul, potestas, alius dominus, rector, & eius officiales. Actio quæ excommunicationi subicitur, est vna: scilicet non facere seruari dictam cōstitutionem intra mensem à die notitiæ computandum. Et est excommunicationis huius solutio Episcopalis.

*In iniuriosè Pontificem percutientes, capientes vel bannientes. CAP. XII.
Episcopum iniuriosè tractantes, aut iniuriantibus opem præstantes, tanquam sacrilegi in vinculum excommunicationis incidunt.*

SI quis suadere diabolo in hoc sacrilegi genus prærupit, quod quamuis iniuriosè vel temerè Pontificem

si quem

Excommunicatio. 159

beneficem percusserit, aut cœperit, banniuerit, vel hoc fieri mandauerit, aut facta ab aliis rata habuerit, vel socius in his fuerit facientis, aut consilium in his dederit vel fauorem, seu scienter defensusauerit eundem: in illis casibus de prædictis, in quibus excommunicationem per iam editos canones non subiret, sit huius nostræ constitutionis auctoritate anathematis mucrone percussus: ac non queat nisi per summum Pontificem (præterquam in mortis articulo) absolui, &c.

Potestas verò, consiliarii, balliui, scabini, aduocati, rectores, consules, & officiales ciuitatis quæ in Episcopum suum commiserit aliquid prædictorum, in præmissis culpabiles existentes, similiter excommunicationis sententiæ (à qua non nisi vt præmittitur, valeant beneficium absolutionis obtinere) sint subiecti. Clem. extrà de poeniten. cap. si quis. in Clem.

CAnones duo simul hic ponuntur: & vtriusque materia est sacrilegium in Episcopum. Et primus quidem quò ad personas, vniuersalis est. Quò ad actiones verò, comprehendit duo genera actionum, scilicet principalium & accessoriarum. Et principales quidem sunt tres, scilicet percutere, capere, vel bannire Episcopum quemcunque. Actiones verò accessoriaræ sunt sex: scilicet mandare, ratificare, sociare, consulere, fauere, vel scienter defendere.

Secundus autem canon specialiter loquens de hoc sacrilegio perpetrato à ciuitate (quæ non excommunicatur: quia vniuersitas non excommunicatur) particularis est quò ad personas: pro quanto septem genera officialium: & octauo generali nomine omnes illius officiales excommunicat. Sed quò ad actiones extensiuus est: pro quanto culpam omnem circa hoc sacrilegium comprehendit. Et est vtriusque absolutio Papalis. Aduerte hic, quòd appellatione Pötificis seu
Episcopè

160 Excommunicatio.

Episcopi non venit nisi consecratus Episcopus: quia electus & non consecratus, non est Episcopus, licet sit administrator & Episcopus electus. Et scio quod præter hos canones, ad idem extat alius in coena domini: dicens: Excommunicamus & anathematizamus omnes temerè mutilantes, vulnerantes, interficientes, capientes, incarcerantes & detinentes Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos eorumque mandatores. Vbi videre potes canonem vniuersalem quò ad personas, & comprehendentem actiones sex principales, & vnam accessoriam, scilicet mandare. Et est Papalis, sicut cæteræ in coena Domini.

In sacrilegos, ad urbem Rom. pergentes, inuadentes. CAP. XIII.

Romipetas qualitercunque mutilantes, vel persequentes, excommunicantur.

EXcommunicamus & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes & interficientes seu capientes & detinentes, seu deprædantes & Romipetas & peregrinos ad urbem causa deuotionis seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipsa: & in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem. In proces. cenæ Domini.

CAnonis istius materia est sacrilegium, quò iniuriamur ad sanctam urbem pergentes. Et quò ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones, comprehendit sex principales, & tres accessorias. Et principales sunt, mutilare, vulnerare, interficere, capere, detinere, deprædari. Accessoriæ autem sunt, consilium, auxiliari, fauere. Et no. quò oportet personas ad quas principales actiones terminantur, habere multas condiciones. Prima est in qualitate, quò sint Romipetæ seu peregrini. Secūda est in causâ, quòd causa deuotionis

In perg. Rom. in sequen. 161

deuotionis vel peregrinationis. Tertia est in positio-
ne quòd ad urbem accedant, vel in ea morentur, vel
inde recedant. Et ex defectu tertiæ conditionis, si
quis tales percusserit antequàm sint in accessu, aut
postquam redierint, non incurrit hunc canonem. Ex
defectu verò secundæ conditionis, si quis habitato-
rem Romæ euntem ex Hilpania Romam, vt in do-
mum suam vadat, percusserit, non incurrit hunc ca-
nonem: quia nec causa deuotionis, nec causa pere-
grinationis ad urbem accedit. Ex defectu autem pri-
mæ conditionis, si quis percusserit habitantem Ro-
mæ causa deuotionis non incidit in hunc canonem:
quia habitator non est Romipeta, aut peregrinus
motans in vrbe. Inter causam autem deuotionis &
peregrinationis nihil interesse video in proposito nisi
quantùm ad exteriorem manifestationem, deuotio
enim interior est: peregrinatio verò exteriora solita
est habere signa. Et vulgariter vocantur peregrini,
qui deuotionis causa pergunt. Verùm inter Romipe-
tas & peregrinos ad urbem, differentia est, inquan-
tum communius est Romipetæ nomen. nam com-
prehendit etiam Romanum ciuem ad urbem causa
deuotionis accedentem.

Et nota, quòd canon iste respicit non Papam, non
curiam, sed urbem Romam: ita quòd si Papa cum cu-
ria alibi esset, nihilominus canon iste ligaret offendē-
tes euntes ad urbem causa deuotionis. Aduerte quo-
que, quòd iste canon mutatus est: quia in processu
scenæ Domini tempore Martini comprehendeban-
tur etiam peregrini ad Hierusalem. Et est Papalis.

*In eos qui ad sedē Apostolicam venien-
tes, & recedētes ab eadem, temeritate pro-
pria capiunt, spoliant & detinent, &c.*

L

CA

162 Excommunicatio.
CAPVT XIII.

Romanam curiam petentes, aut ab ea recedentes sub pœna excommunicationis impedire, vel qualitercunque molestare prohibentur.

EXcōmunicamus & anathematizamus omnes illos: qui ad sedē Apostolicā venientes, & recedentes ab eadem, nec non omnes illos qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habentes, in eadem curia morantes, temeritate propria capiunt, spoliāt, & detinēt, aut ex proposito deliberato verberare, mutilare, vel interficere præsumunt: & qui talia fieri faciunt seu mandant. In proces. cenæ domini.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur sedes Apostolica in iis quæ sub protectione sua sunt. Et quo ad personas, est vniuersalis. Quo ad actiones verò comprehendit actiones principales sex, & duas accessorias. Et quoniam in canone isto aliter modificantur primæ tres actiones principales, quando terminantur ad venientes vel recedentes, & aliter quando terminantur ad morantes in curia Romana: ideo aduerte ex litera differentiam. Et multiplicado primas tres actiones, dicitur quòd capere spoliare vel detinere, tam venientes ad Apostolicam sedem, quàm recedentes ab ea, primò excommunicantur, deinde quòd capere, spoliare, vel detinere propria temeritate (hoc est auctoritatiuè) morantes in curia Apostolica excommunicantur. Tertio, quòd verberare, mutilare, vel interficere ex proposito deliberato tam venientes, quàm recedentes, quàm morantes excommunicantur. Et est Papalis. Sed sunt hic aduertenda multa. Primum, quòd non est hic sermo de Roma, sed de sede & curia Apostolica, ac per hoc oportet

per;

Excommunicatio. 163

personas sic offensas ad sedem Apostolicam venire, aut ab illa recedere, aut in illius curia morari: ita quod non sufficit morari Romæ ubi est curia, sed oportet in curia morari. Secundum est, quod si morantem in curia quis spoliat, detinet, aut capit furtive, & per modum raptoris, & non auctoritative, non incurrit hunc canonem. factus est enim hic canon contra eos qui in curia auctoritatem sibi de facto usurpant. Propterea enim dicitur, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam non habentes propria temeritate, &c. Tertium est, quod si quis exortatus tunc ira, rixa, controuersa, & breuiter non animo quieto præmeditatus prorumpit in verberandum aut occidendum curialem in curia, non incurrit hunc canonem: quia non vocatur in proposito ex proposito deliberato facere: qui ex non præmeditatione quieti animi facit, alioquin superflue apponeretur ex proposito deliberato, si deliberatio sufficiens ad peccatum mortale sufficeret ad hunc canonem incurrendum: commune siquidem est omni excommunicationi subesse peccatum mortale. Et semper hoc subintelligitur: nisi quis adeo desipiat, ut putet aliquem ex actu non deliberato excommunicatum, aut in hoc solo canone explicatum, quod in cæteris subintelligitur, quod irrationabile est.

Quartum est, quod ultimus casus (scilicet de percutientibus morantes in curia) scriptus quidem est, & iam per centum annos quotannis promulgatur, & tamen à nullo aduerti aut practicari videtur tam in foro iudicandi quam pœnitentiæ. nullus siquidem (ni fallor) ex hoc se aut aliū repurat excommunicatū. Actiones autem accessoriæ duæ sunt: mādare scilicet & facere fieri aliquid dictorum: ita quod non solum qui mandato, sed qui alia via quam mandato facit aliquid horum fieri, excommunicatus est. Et est Papalis.

164 Excommunicatio.

*In sacrilegos litigantes in Rom. curia
quomodo libet offendentes. CAP. XV.*

*Litigantes in curia Romana non sunt
spoliandi, nec aliquo modo impediendi:*

*Et hoc sub pœna excommu-
nicationis.*

EXcommunicamus & anathematizamus omnes illos qui per se, vel alium, seu alios, quascunque personas Ecclesiasticas vel seculares ad Rom. curiam super suis causis & negotiis recurrentes, illaque in eadem curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, aduocatos vel procuratores ipsorum, vel etiam auditores, seu iudices supradictis causis, seu negotiis deputatos, occasione causarum vel negotiorum homini verberant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliant. Vel qui per se, vel alium, seu alios directe vel indirecte predicta exequi, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem prestare non verentur: cuiuscunque præminentiae, dignitatis, &c. fuerint. In proces. cenæ Domini.

Canonis istius materia est sacrilegium quo ex certa speciali causa (scilicet litis vel negotii) offenduntur qui sub protectione Apostolicæ sedis sunt. Et quò ad personas offendentes est vniuersalis. Quò ad personas verò offensas, continet octo genera personarum scilicet ad Rom. cu. super suis causis recurrentes, prosequentes, procurantes, negotiorum gestores, aduocatos, procuratores, auditores, iudices. Quò ad actiones autem principales explicat quatuor: verberare, mutilare, occidere, bonis spoliare. Oportet tamen actiones istas non ex quacunque causa, sed occasione causarum vel negotiorum huiusmodi fieri si incurranda est canonis huius cœsura. Quò ad actio-

1168

Excommunicatio. 167

nes verò accessorias, multiplicatur valde, vt patet in-
uenti. Et est Papalis.

*In eum qui quempiam Christianorum
per assassinos interfecerit vel interfici man-
dauerit, aut eos receptauerit, defenderit,
vel occultaauerit. CAP. XVI.*

*Christianum per assassinum interficere,
aut interficiendum curare, peccatum
est, excommunicationis pu-
niendum sententia.*

STatuimus, vt quicumque Princeps, Prælatus, seu
Squæuis alia Ecclesiastica secularisve persona quæ-
piam Christianorum per assassinos interfecerit, vel
interfici mandauerit (quamuis mors forsitan ex hoc
non sequatur) aut eos receptauerit, defenderit, vel oc-
cultauerit, excommunicationis sententiam & deposi-
tionis à dignitate ordine, honore, officio & beneficio
incurrat ipso facto. Inno. iii. de homicidio. cap. pro
humani. lib. vi.

CAnonis istius materia est homicidium, non qua-
libet, sed sacrilegum. conditus est enim con-
tra quandam sacrilegā viam occidendi Christianos.
Et quò ad personas, est vniuersalis. Quò ad actiones
verò comprehendit quinque actiones. Prima est, Chri-
stianum per assassinos interficere: secunda est, man-
dare, etiam si non sequatur effectus: tertia est eos
assassinos receptare: quarta est, eos defendere: quinta
est, eos occultare. Vbi primò nota, quod assassini non
dicuntur hic qui vulgariter vocantur assassini: sed
quædam specialis gens infidelis (vt litera innuit)
habens suum dominum, quæ hodie ignota vide-
tur. Deinde aduerte quod in hoc canone mandati

68 Excommunicatio.

actio non punitur vt accessoria, sed vt principalis: & propterea punitur etiam si effectus non sequatur. & simile est de aliis tribus actionibus sequentibus: ita quod receptatores, defensores, occultatores assassinorum etiam si non occiderint aut occisuri sint Christianum, sunt excommunicati: quia sic ius disponit. Et est Episcopalis.

In sacrilegos Ecclesie Romanae terras offendentes. CAP. XVII.

Terras & possessiones Ecclesie Romanae impugnantibus excommunicantur.

EXcommunicamus & anathematizamus omnes illos qui per se vel alium seu alios directè vel indirectè sub quocunque titulo vel colore occupant, detinent, vel hostiliter destruunt seu inuadunt, aut occupare, detinere vel destruere, aut inuadere hostiliter præsumunt in totum vel in partem, aliam urbem, regna Siciliae seu Trinacriae, insulas Sardiniae & Corsicae, terram citra Pharum, patrimonium Beati Petri in Tuscia, ducatum Spoletanum, comitatû Venetianum, Sabinensem, Marchiae, Anthonitanæ, Massæ, Trebariae, Romandiolaë, Capaniae, & maritimæ, prouincias, ac terras specialis commissionis Arnulforum, ciuitatesq; nostras Bononiã, Ferrariam, Beneuentum, Perusium, Auinionem, ciuitatem castelli, Tudertum & alias ciuitates, terras & loca vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam spectantia & adhærentia, ac fautores & defensores eorum: seu in his dantes auxilium, consilium vel fauorem. In processu cœnæ Domini.

Canonis istius materia est sacrilegium quo offenduntur terræ Ecclesie Romanae. Et quo ad personas, est vniuersalis. Quò ad actiones verò principales, numerat quatuor scilicet occupare, detinere, hostiliter

hostiliter
quam
triplici
rectè.
sunt fa
terrae
papali
contin
lens in
Ecclesie
res ist
currit
ter in
à com
dit ad
liberu
ris vbi
quar

EX
p
præc
que a
depr
spoli
omn
con
C
tun

Excommunicatio. 169

hostiliter destruere, seu inuadere, tam in presenti quam in futuro. Et modificatur dictæ actiones multipliciter scilicet per se vel alium, & directè vel indirectè. & excluduntur colores &c. Accessoriæ autem sunt fauere, defendere, consulere. Quæ autem sint terræ & loca Ecclesiæ Ro. in litera explicantur. Et est papalis. Aduerte hic quod quum in literis Ecclesiæ contingit, quod pars existens extra armata manu uolens intrare, inuadit ciuitatem non ut subtrahat eam Ecclesiæ, sed ut ipsa pars ibi regnet eo modo quo partes istæ regnare consueuerunt, canonem istum incurrit: quia terram Ecclesiæ in parte saltem hostiliter inuadit sub colore manendi in domo sua. Imò (ut à comunitèr accidentibus patet) homini inuasio reddit ad subtrahendum Ecclesiæ Rom. terram quò ad liberum regimen. Romana siquidem Ecclesia in terris ubi factio regnat, titolare dominium potius habet quàm cum effectu.

In latrones maritimos.

CAP. XVIII.

*Pirata & cursores aut prædones
maritimi anathematizantur.*

EXcommunicamus & anathematizamus omnes Piratas, cursarios, latrunculos maritimos: & alios præcipuè qui mare nostrum à monte Argentario usque ad Tarracinam discurrere, & nauigantes in illos depradari, mutilare, interficere, ac rebus & bonis suis spoliare præsumpserunt hætenus & præsumunt, ac omnes receptatores eorundem: & eis auxilium dantes, consilium vel fauorem. In processu cænæ Domini.

CAnonis istius materia est latrocinium maritimum. Et quò ad personas, vnum genus personatum nominatur diuersis nominibus. Nā pirata: iidem sunt,

170 Excommunicatio

sunt, qui vulgariter corsarii appellantur: latrunculi quoque marini, parui piratae sunt. Totum ergo genus piratarum excommunicatur, & praecipue intra mare Ecclesiae Romanae discurrentium. Actiones principales sunt quinque: depradari, mutilare, interficere, bonis suis spoliare, & receptare eosdem. Accessoriae autem sunt tres, consulere, auxiliari, fauere. Et est Papalis.

In sacrilegos sedem Apostolicam in suis victualibus offendentes. CAP. XIX.

Victualia vel alia Romanae curiae necessaria sollicitantes non sunt sub anathematis poena impediendi.

Excommunicamus & anathematizamus omnes impediendo seu inuadendo victualia seu alia ad usum Rom. curiae necessaria adducentes: vel qui ne ad Ro. curiam ipsa adducantur vel deferantur, impediunt seu perturbant: & qui talia fieri faciunt vel defendunt cuiuscunque fuerint ordinis, praeminentiae &c. In processu coenae Domini.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur sedes Apostolica in suis victualibus. Et quod ad personas est vniuersalis. Quod ad actiones principales sunt quatuor: sed distinctae in duas combinationes propter diuersitatem terminorum. Nam prima combinatio est impedire vel inuadere homines adducentes victualia vel alia necessaria ad usum Ro. curiae. Secunda vero combinatio est impedire vel perturbare ne praedicta adducantur ad curiam: ita quod primo prouidetur hominibus adducentibus: secundo rebus adducendis. Quod ad actiones vero accessorias ponantur duae actiones scilicet defendere, vel ~~facere~~ fieri talia: quamuis errore scriptorum ly fieri. *omissum*

In hæreticos. 171

omissum sit in textu etiam plurbaro. Et est Papalis. Aduerte hic, quòd quum ex voluntate & proposito maleficia distinguantur: si quis non gratia impediendi vel perturbandi ea quæ sunt ad curiam, sed consuliendi propriæ patriæ commoditati inhibeat: ne quis extrahat de patria fruges &c. quamuis inde sequatur, quod non possunt deferri ad curiam Rom. non propterea incidit in hunc canonem. Similiter si quis tempore pestis in curia inhibet suis, ne quis vadat Romam reuersurus &c. non incidit in hunc canonem: & sic de similibus: quia non per se agitur contra curiam, sed pro necessitate, pro sanitate patriæ & huiusmodi per se agitur: licet per accidens redundat in damnum curiæ, sed pœnæ ac censuræ intelligendæ sunt penes id quod est per se, & non penes id quod est per accidens.

In sacrilegos Christianum principatus offendentes, opem ferendo inimicis crucis Christi.

CAP. XX.

Sarracenis arma vel alia Christianitatis nocitura deferentes excommunicantur.

Excommunicamus & anathematizamus illos, qui contra Christum & populum Christianum, Sarracenis arma, ferrum, & lignamina deferunt galearum: eos etiam qui galeas eis vendunt vel naues, qui que in piraticis Saracenorum nauibus curam vel gubernationem exercent, aut machinis, aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt consilium vel auxilium in dispendium terræ sanctæ. Ipsosque rerum suarum priuatione multari, & capientium seruos fore censemur præcipientes, ut per omnes vrbes maritimas in diebus dominicis & festiuis huiusmodi sententia publicè

Li

inno

172 Excommunicatio.

innouetur. Et talibus gremium non aperiatur Ecclesie, nisi totum quod ex commercio tam damnato perceperint, & tantundem de suo, in subsidium terre sancte transmiserint. Et infra, Quod si forte soluendo non fuerint, sic alias reatus talium castigetur, quod in poenam ipsorum aliis interdicitur audacia similia presumendi. Inn. in conc. generali. extra de Iudæis. cap. ad liberandum.

CAnonis istius materia est sacrilegium contra Christianum principatum commissum, opem ferendo inimicis crucis Christi. Et multis in locis repetitur diuersimodè inuenitur, & in iure, & in Extrauagantibus, & in processu qui fit in cœna Domini.

Vt autem clarè percipiatur quid, quando, & ubi prohibitum sit, distingue tempora & loca. Et scito, quod secundum omne tempus, & secundum omnem locum infidelium, excommunicati sunt deferentes equos, arma, ferrum, lignamina. & alia prohibita, quibus Christianos impugnant: ut patet in cœna Domini, ubi sic dicitur, Excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui equos, arma, ferrum, lignamina, & alia prohibita deferunt Sarracenis, Turcis, & aliis Christi nominis inimicis, quibus Christianos impugnant. Tempore verò guerræ excommunicati sunt deferentes etiam quocunque mercimoniâ: ut patet in cap. quod olim. de Iudæis & Sarrace. Et omni rursus tempore deferentes etiam victualia, & quæcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terræ Aegypti excommunicati sunt: ut patet in extrauag. Cle. v. multa mentis, posita inter communes Extrauagantes. in tit. de Iudæis & Sarrac. & tam hæc tertia, quam prima excommunicatio reseruat Papæ. Secunda autem quatenus ab utraque harum separatur, ab Episcopo absolui potest. Aduerte deinde, quod appellatione armorum, veniunt non solum offensiuâ, sed defensiuâ,

Excommunicatio. 173

defensua, ex quacunque materia sint. Per ferrum autem & lignamina, præcipuam materiam intellige armorum, & galearum ac nauium. Et per alia prohibita, accipe non solum naues, & galeas ipsas, sed quascunque secundarias proprias materias armorum, galearum, nauium: vt sunt tartia, vela galearum & breuiter quæcunque ad hoc sunt, vt ex eis Christiani impugnentur, sic enim processus cœnæ Domini explicat. Victualia autem & communis vsus merces (vt panni linei vel lanei: & alia huiusmodi) non veniunt appellatione prohibitorum: vt latissimè patet ex eo quod in dicta Extrauagante, postquam dictum est, ferrum equos, arma, & alia vetita, subiūgitur, nec non victualia & mercimonia. Vnde sequitur, quòd talis excommunicatio in canone Cœnæ Domini, non extenditur ad deferentes victualia communes merces ad infideles. Et hæc bene nota. Vnde has omnes merces deferentes non sunt excommunicati, nisi tempore guerræ, aut nisi in Alexâdriam, vel partes Aegypti deferant: quum excommunicatio contra illos nõ inueniatur, nisi vt dictū est. Et quilibet Canon est vniuersalis quò ad personas. Sed quò ad actiones distat: quia in hoc canone explicantur quinque actiones: prima est deferre: secunda vendere: tertia curam exercere: quarta consulere: quinta auxiliari: vt patet in textu. In Canone verò cœnæ Domini sola vna actio ponitur, scilicet deferre. Et est non solum papalis, sed pœnalis absolutio: vt in iure recitato vides.

In effractores locorum sacrorum.

CAPVT XXI.

Loci sacri fractor seu spoliator pœnam excommunicationis incurrit.

Memoratos sacrilegos (qui scilicet confregerant
violenter quasdam Ecclesias, & expoliauerant)
excom.

174 Excommunicatio.

excommunicantes nuncietis : & faciatis sicut excom-
municatos arctius euitari, donec passis iniuriam con-
grue satisfaciant, & damna data resarciant, & cum li-
teris vestris rei veritatem contingentibus Apostolico
se conspectui representent. extra de sent. excommunica-
conquesti.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo fran-
gitur Ecclesia, & expoliatur. Et quò ad personas
vniuersalis est. Quò ad actiones verò comprehendit
duas simul: scilicet frangere, & expoliare. Vbi nota
primo, duo requiri simul, vt sit locus Canon: scilicet
effractionem, & spoliationem. Et effractio quidem
ad templum (siue fragatur paries, siue ianua, siue sera,
siue rectum, &c.) spoliatio autem ad res quæ tollun-
tur, refertur. Et propterea si quis aperiret Ecclesiam,
aut frangeret, sed non spoliaret, non subiiceretur huic
canoni. Nota secundo, quòd hic Canon nullam in-
fert excommunicationem, sed latam supponit, & de-
nunciationem mandat ac denunciati absolutionem
Apostolicæ sedi reseruat. Sed vbi lata sit ista senten-
tia quæ hic supponitur, non facile patet: nisi dicendo
quòd canon iste per hæc sua verba interpretatur, quò
ad hunc casum fuisse anathema late sententiæ cano-
nem Lucii Papæ in Decretis. xviii. q. iiii. cap. omnes
Ecclesiæ. Indubiè siquidem tenetur huiusmodi Ec-
clesiarum effractores cum spoliatoribus esse ipso iu-
re excommunicatos ex hoc textu: quia mandantur
denunciari excommunicati, non potest enim denun-
ciari excommunicatus, nisi qui iam est excommuni-
catus. Et est papalis post denunciationem.

Incendarios. CAP. XXII.

Absolutio à peccato incendiarij Papæ reseruatur.

Incendiarii ex quo sunt per Ecclesiæ sententiati
publicati, pro absolutionis beneficio ad sedem
Apostolicam

Aposto-
senten.

CA
Et
ctiones
incende

Vbi
tionis se
latorum
ti, sed p
stolicae.
Ecclesia
ligo. Et
actu in
cendit
crimen

Et
rios Ec
quam
rea no
fortè f
none, c
primo
latorib
nes Ch
vniuer
Aurific
præfer
latoris
Christi

I
bis s
Christi

Excommunicatio. 175

Apostolicam sunt mittendi, Clemen. iii. extra de senten. excommunic. cap. tua.

Canonis istius materia est iniuriosum incēdium. Et quò ad personas est vniuersalis. Quo ad actiones vnā solam punit actionē scilicet, iniuriosē incendere, non qualitercunque sed post sententiam.

Vbi nota nullam in hoc Canone excommunicationis sententiā fieri: sed si per Ecclesiæ (hoc est prælatorum) sententiam sunt non solū excommunicati, sed publicati: tunc absolutio reservatur sedi Apostolicæ. Et quia non ardet se Canon ad incendiarios Ecclesiarum, ideo de quibuscunque incendiariis intelligo. Et intelligitur in proposito incendiarius non ab actu incendiandi, sed à vitio: qui enim malo studio incendit domum, segetem, oliuetum, &c. incendiariū crimen incurrit.

Et scito excommunicationem contra incendiarios Ecclesiarum latam, nullibi inuentam à me esse, quamuis quæsierim quæ allegantur loca: & propterea non habeo eos pro excommunicatis. Et si qui fortè fundent excommunicationem hanc super canone, qui habetur xi. q. iii. cap. canonica. aduertant primò canonem illum communē esse omnibus violatoribus Ecclesiarum, inde quòd videtur ligare omnes Christi fideles: quia videtur canon nec concilii vniuersalis, nec Papæ, sed particularis synodi, scilicet Auriaciensis. Constat autem huiusmodi canones, præsertim pœnales, nec ex se, nec ex Gratiani compilatoris auctoritate vim suam extendere ad vniuersas Christi Ecclesias.

In eos qui Christianos naufragantes rebus suis spoliant. CAP. XXIII.

Christiani naufragantes non debent spoliari, & hoc sub pœna excommunicationis.

III

176 Excommunicatio.

Illi qui Christianos naufragium patientes spoliare rebus suis, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se nouerint subiacere. Ex Concil. Lateranensis de raptoribus, cap. excommunicationi.

Canonis istius materia est furtum seu rapina bonorum naufragorum. Et quò ad personas uniuersalis est. Quò ad actiones vnam ponit scilicet, spoliare bonis patientes naufragium.

Vbi aduerte Canonem hunc contra iniquam detentionem rerum Christianorù naufragorum, considerasse duo concurrere in hac iniquitate. Primo acceptionem rerum ex naufragiæ: deinde vsurpationem earundem rerum vt propriarum. Et quia primus actus (hoc est accipere huiusmodi res) potest benè & malè fieri, & habet speciem boni (quoniam est saluatio rerum periclitantium) & potest fieri ex pia charitate, ad opem scilicet ferendam dominis rerum illarum: & potest fieri ex auara iniquitate ad appropriandum sibi res illas: ideo nò est punitus actus iste acceptionis ab hoc Canone. Secundus autem actus (qui est detentio rei alienæ inuito domino) quoniã manifestam & inexcusabilem còtinet iniquitatem, punitus est ab hoc Canone excommunicationis sententia. Et quia actus iste (scilicet detinere res naufragorum ipsis iniuistis) consummatur in omissione restitutionis, propterea canon iste nò percutit huiusmodi quasi raptores seu fures, nisi quum uenerint ad omissionem restitutionis debitæ. Et quia tempus restituendi determinatum est ad statim (quia obligat semper & ad semper) ideo statim incurritur hæc excommunicatio quum quis est in mora: hoc est, quum quis potest restituere, & nò restituit. Nec est opus monitione: tum quia tempus restitutionis determinatum est ipso iure, vt dictum est: tum quia falsum est censuras còtra omittentes, exigere monitionem: vt patet ex eo quòd in-

quisitores

Excommunicatio. 177

quisitores odio vel amore, &c. omittentes, absq; alia monitione sunt excommunicati: iuxta cap. multorum. de hæretic. in Cleinen. Et est Episcopalis.

Aduerte confessor leges, aut consuetudines alicubi de confiscatione bonorum naufragorum esse corruptiones legum. & bonorum morum addentes afflictiones afflicto.

Contra offendentes Apostolicam sedem.

In Cardinales sede vacante constitutioni de Roman. Pöt. Præter simoniam faciendâ electione, quouis modo contrauenientes,

CAPVT XXIIII.

Romani Pontificis electionem præter simoniacam impediētes, ipso facto pœnam excommunicationis incurrunt.

Inhibemus omnibus & singulis sanctæ Ro. Ecclesiæ Cardinalibus qui pro tempore erunt & eorum sacro collegio: ne Apostolica sede vacante prædictis (scilicet de Rom. Pont. præter simoniam faciendâ electione) contrauenire, vel contra præmissa vel aliquod præmissorum statuere, disponere, ordinare, vel aliquo modo facere seu attentare præsumant, quocumque exquisito colore vel causa, sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna quam ipso facto incurrant. Et à qua non nisi per Rom. Pont. canonicè electum absolui possint, nisi in mortis articulo, Iulius II. in Extrauaganti, quum tam diuino, & fuit per Lateranense Concilium approbata.

Canonis

278 Excommunicatio.

CAnonis istius materia est simonia non quæcun-
que, sed circa electionem Papæ. Et quò ad perso-
nas est particularis: utpote solos Cardinales compre-
hendens: Quò ad actiones verò numerat sex actio-
nes: prima est, conuenire: secunda, statuere: tertia, di-
sponere: quarta, ordinare: quinta, aliquo modo fa-
cere: sexta, aliquo modo attentare. Et hæc omnia in-
telliguntur sede vacante: ita quod si Cardinales cõtra
ordinata de Papæ præter simoniã electione, contra-
ueniant aut statuunt &c. sunt excommunicati. Et est
Papalis. Vbi nota, quòd licet secundũ antiqua iura
non potuisset excipi cõtra Papam simoniacè electum
(quia quantuncunq; simoniacus, erat verus Papa)
post hanc tamen constitutionem Papa simoniacè
electus non est Papa in veritate. Et Cardinales sede
vacante iurant se seruaturos hanc constitutionem.

*In eos qui ab ordinationibus, sententiis
seu mandatis Roman. Pont. ad futurum
Concilium appellant, aut fauorẽ, consilium,
auxiliũ-ve ad hoc præstant &c.*

CAPVT XXV.

*Appellantes à sententia, ordinatione vel
mandato summi Pontificis ex-
communicantur.*

SAne olim fel. re. Pius Papa II. prædecessor noster
de fratrum suorum sanctæ Rom. Eccles. Cardina-
lium cunctorumque prælatorum, ac diuini & huma-
ni iuris interpretũ curiam Rom. sequentium in dieta
seu cõgregatione Mätuana existentium approbatione,
matura prius & graui præmissa discussione, & de eo-
gusdem congregatorum ynanimi cõsilio & assensu,
ac ex

Excommunicatio. 179

ac ex certa scientia prouocationes ad futurum consilium efficacissimis & papalibus rationibus tanquam erroneas & detestabiles damnauit: ac sub excommunicationis latae sententiae & interdicti poenis praecipit, ne qua persona cuiusuis dignitatis, siue etiam vniuersitas aut collegium quouis quaesito colore ab ordinationibus, sententiis, seu mandatis quibuscunque suis & successorum suorum, appellationem huiusmodi interponere audeat: & contra facientes vna cum fautoribus suis, & consilium, auxiliumve praestantibus (siue tabelliones sint, siue testes, siue aduocati, siue alii quicunque) non solum poenis & censuris praedictis, sed etiam iis quae laesae maiestatis & haereticae prauitatis reis imponuntur, obnoxios esse statuit. Et infra: dictasque poenas & earum quamlibet omnes illos ipso facto incurrere volumus (cuiuscumque conditionis existant, & gradus praerogatiua praefulgeant) qui in senatu, concilio, parlamento, congregationibus etiam synodalibus & prouincialibus vel aliis quomodolibet tacite, vel expresse, voce, vel scripto, per se vel alium, cuiuscumque timoris vel reuerentiae velamine, vel praetensa excusatione & superioris mandato non obstante decreuerint, consulerint seu deliberauerint, vel aliorum dictum approbauerint, consilium aut vocem dederint, ut ad futurum vniuersale Concilium a nobis vel successoribus nostris Romae Pontifici contra praedictam constitutionem appellare liceat, possit, vel debeat, dictas poenas ad ipsos & eorum quemlibet contrauenientem in praemissis, tenore praesentium dantes & extendentes, & locum habere declarantes omni ambiguitate cessante. *Julius ii. in Extrauagan. suscepti. regiminis.*

Canonis istius materia est sacrilegium contra sedis Apostolicae primatum. Et quod ad personas est vniuersalis. Quod ad actiones vero principales, **M** constitutio

180 Excommunicatio.

constitutio Pii ponit vnam tantum scilicet appellacionem ad futurum concilium ab ordinationibus, sententiis seu mandatis Rom. Pon. sed accessoria ponit tres: fauere, consulere, auxiliari. Extensio autem Iulii addit sex actiones principales. scilicet decernere, consulere, deliberare, approbare aliorum dicta, consilium dare, vocem dare vt ad futurum concilium contra dictam constitutionem Pii appellari liceat, possit, vel debeat. Et qualibet actio multiplicatur per modos, tacite vel expresse, voce vel scripto per se vel alium. Vbi nota primo, quod licet omnes istae actiones tanquam accessoriae fuerint excommunicationi subiectae per constitutionem Pii: non erant tamen per constitutionem illam excommunicationi subiectae tanquam principales actiones: & propterea non erant isti dantes consilium aut vocem, verbo vel scripto excommunicati, nisi subsequuto effectu (hoc est nisi subsequuta principali actione, quae est appellare ad futurum consilium) sed per adiunctam extensionem Iulii, qualibet horum est excommunicatus statim vt dat vocem seu consilium vt possit liceat, seu debeat appellari, etiam si effectus non subsequatur, quia sic disponit Decretalis ista. Alioquin frustra esset extensio ista ad easdem actiones vt accessorias & concomitantes: quoniam iam per Pium comprehensae sic erant sub nomine dantium consilium, auxilium, vel fauorem. Nota secundo differentiam inter consulentes quod fiat haec appellatio, & consulentes, quod fieri possit, aut liceat, aut debeat haec appellatio, nam primi non sunt excommunicati, nisi sequatur appellatio: quia per Pii constitutionem excommunicantur, vt cooperatores. Secundi autem sunt excommunicati ipso facto: vt patet per extensionem Iulii. Nec istius differentiae querenda est alia causa, nisi quia Decretalis sic disponit: & poenae non sunt

extellj

Excommunicatio. 181

extendendę ultra proprios casus.

*In literarum Apostolicarum falsarios,
& ipsorum fautores. CAP. XXVI.*

*Literas Apostolicas falsificantes, vel aliter
quàm sint exponentes, vinculo tenen-
tur excommunicationis.*

NOs omnes falsarios literarum Apostolicarum,
qui per se vel alios vitium falsitatis exercent,
cum defensoribus & fautoribus suis anathematis vin-
culo decernimus innodatos, &c. Innoc. iii. Extrava-
g. de crim. fal. ad falsariorum.

Canonis istius materia est sacrilegium quo offen-
ditur Apostolica sedes in falsitate suarum litera-
rum. Et quò ad personas est vniuersalis. Quod a-
ctiones principales continet duas. Prima est exercere
vitium falsitatis in Apostolicis literis per seipfos.
Secunda est, exercere hoc idem per alios, & duas ac-
cessorias. s. fauere & defendere. Aduerte primo,
quòd Canon excommunicationis non extendit se
ad omnes quomodolibet falsarios, hoc est quis quo-
uis modo possunt dici falsarii Apostolicarum litera-
rum. Vnde non comprehendit subreptitias seu obre-
ptitias literas Apostolicas impetrantes, & edentes:
quoniam literæ tales, non sunt falsæ, sed veræ literæ
Apostolicæ. Nec comprehendit vtentes scienter lite-
ris Apostolicis falsis, quia Canon ipse distinguit v-
tentes contra exercentes per se vitium falsitatis huius-
modi, ac per hoc aperit vtentes non venire appella-
tione exercentium per se vitium falsitatis huiusmodi.
Et quum constet quòd non oportet vtentes com-
prehendi sub appellatione exercentium per alium
(quò per seipfos vtantur literis falsis) consequens est,
ut non cõprehendantur vtetes sub hac cõsura. Nota

Ma

secundò

182 Excommunicatio.

secundò in eodem capitulo subiungi excommunicacionem contra laicos vtentes literis Apostolicis falsis: ita quòd prima excommunicatio est communis laicis & clericis: secunda autem est propria laicis: quia textus disponit aliam poenam clericis. Prima quoque excommunicatio comprehendit Apostolicarum literarum falsarios omnes, qui vitium falsitatis exercent per se vel alios: secunda autem solos vtentes. Aduerte tertio, quòd licet neutra harum excommunicacionum sit Papæ reseruata ex hoc textu: ex processu tamen coenæ Domini reseruatur prima: & extenditur excommunicatio prima absque limitatione aliqua ad omnes falsarios literarum Apostolicarum, & supplicationem, gratiam, vel iustitiam concernentium. Et dicitur sic, Excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios bullarum seu literarum Apostolicarum, & supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium per Rom. Pont. vel vice cancellarium, seu gerentes vices eorum aut officium vicecancellarii sanctæ Rom. Ecclesiæ de mandato eiusdem Rom. Põtificis signatarum: aut sub nomine eiusdem Rom. Pont. vicecancellarii aut gerentium vicem prædictorum, signantes supplicationes easdem. Vbi videre potes quòd Canonis istius materia est latior quò ad actiones & quò ad actionum materias. Quò ad actiones quidem: quia ibi sola falsatio, hic falsatio & signatio. Quò ad materias verò: quia ibi solùm de literis Apostolicis, hic de literis & supplicationibus agitur. Aduerte quartò, quòd in cap. dura. de crimi. fal. reseruatur Papæ absolutio tenentis literas Apostolicas falsas post viginti dies si Episcopus tulit cõtra tales in comuni excommunicacionem. Recolito quoque quòd tam vtens falsis quàm tenens falsa per se loquendo non est nisi ex intentione vtitur falsis, quis tenet falsa hi enim soli directè crimen hoc
 in sub

Excommunicatio. 183

incurrunt.

Vnde vtentes aut tenentes ignoranter non ligantur: nisi forte ignorantia tam culpabilis fuerit, vt re-
deat actus in naturam sui vitij, quod regulariter non
est quando si sciuisset, nullo pacto vsus fuisset aut te-
nuisset: & hoc in foro conscientia. Aduerte quinto
quod (vt refert sanctus Antonius archid. Florent. in
tertia parte ex hostien.) literas Domini Papæ nec in
magno nec in modico quis manum apponere po-
test, etiam literam vel pñctū corrigendo: ita quod
ipso facto excommunicationis sententiam incurrit,
reseruatam sedi Apostolicæ, exceptis officialibus qui-
bus hoc competit.

*Inoffendentes Apostolica sedis authori-
tatem tam in suis suorumq; literis, processu-
bus & executionibus, quam in iurisdic-
tuum, fructuum, reddituum & prouentuum
non vacantium autem usurpatione: &c.*

CAP. XXVII.

*Authoritatem, iurisdictionem vel qualiter-
cunque sedis Apostolicæ Dominium
offendentes anathematis pæ-
nam incurrunt.*

Excommunicamus & anathematizamus illos qui
in literis & mandatis Apostolicæ sedis, & Lega-
torum ac nuntiorum & iudicum delegatorum eius-
dem gratiam vel iustitiam concernentibus, decretis-
que super illis & cæteris iudicatis, processibus & exe-
quutorialibus non habito primū eorum benepla-
cito & assensu pareatur: ne tabelliones & notarii
super huiusmodi literarum & processuum execu-
tione

184 Excommunicatio

tionem instrumenta vel acta conficere, aut confecta parti cuius interest tradere, sub grauissimis poenis prohibere, statuere, seu mandare præsumunt, quive iurisdictiones, seu fructus, redditus & prouentus ad Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum per eas obtentorum pertinentes usurpant, vel arripiunt, seu quauis occasione vel causa sine Roman. Pont. expressa licentia sequestrant: vel qui per se vel alium, seu alios directè vel indirectè prædicta exequi, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non verentur: cuiuscunque præminentia, dignitatis &c. fuerint. In processu cœnæ Domini.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur authoritas Apostolicæ sedis tam in suis suorumque literis processibus & executionibus, quàm in iurisdictionum, fructuum, reddituum, & prouentuum non vacantium usurpatione. Et quo ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones verò principales, secundum diuersitatem materiarum diuersificatur, nam respectu primæ materiæ tres actiones principales ponuntur. scilicet sub grauissimis poenis prohibere, statuere, mandare, ita quòd primo excommunicantur omnes prohibentes vel statuentes vel mandantes ne obediatur literis & mandatis &c. non habito primo ipsorum mandantium beneplacito & assensu. Et est hæc excommunicatio contra illos qui statuunt aut mandant subditis suis ne obediatur curiæ Romanæ mandatis sine consensu ipsorum mandantium. Et in eodem contextu circa eandem primam materiam simul excommunicantur omnes qui prohibent, vel statuunt, aut mandant, ne tabelliones & notarii instrumenta, seu acta conficiant, vel confecta tradant parti.

Deinde

Excommunicatio. 183

Deinde circa secundam materiam tres actiones ponuntur. Prima est usurpare: secunda, arripere: tertia, sequestrare. Vbi quinque conditiones apponuntur. Prima ex parte rei acceptæ, scilicet quod sit Ecclesiæ, puta quod sit iurisdictio fructus, proventus, redditus Ecclesiæ. Et per hanc conditionem excluduntur proventus prophani, quos aliundè Ecclesiasticæ habere personæ. Secunda, quod res Ecclesiæ usurpentur, arripiantur, aut sequestrantur, non qualitercumque sed ut proventus, ut redditus, ut fructus Ecclesiæ: quoniam formaliter verba intelligenda sunt.

Et per hanc conditionem excluduntur fures seu latrones qui res Ecclesiæ furantur aut rapiunt, ut quasdam res, & non ea ratione, quia sunt fructus aut redditus Ecclesiæ. Factus est enim canon iste non contra fures & latrones, sed contra dominos qui beneficiorum ecclesiasticorum proventus usurpant aut sequestrant. Et quia non limitatur ad dominos, ligat omnes qui ea ratione arripiunt: quia sunt proventus talis Ecclesiæ.

Tertia, quod pertineant ad personam Ecclesiasticam obtinentem illud beneficium. Et per hanc conditionem excluduntur res eadem, si sint Ecclesiarum vacantium. Quarta est, quod ista fiant sine expressa licentia Papæ. Ex qua fortè sequitur quinta, scilicet quod ista fiant siue authoritatiuè: ut nobiles domini, & ministri qui usurpant, aut arripiunt, aut sequestrant, quasi potestatem habentes, incurrant hunc canonem: qui directè factus est ad protegendum beneficiatos ab huiusmodi usurpatoribus. Sed parū prodesse videtur: quia domini faciunt quod volunt. Et si sunt magni domini, oportet habere patientiam, & canones silere. Quod ad actiones verò accessoris, multiplicatio magna est propter tot modos: & extenditur ad omnia & singula præmissa. Et est Papalis.

186 Excommunicatio.

*Impugnantes literas electi in Papam
ante quàm coronetur. CAP. XXVIII.*

*Electi in summum Pontificem literas
impugnans, excommunicatur.*

ADuerte hoc in loco, quòd impugnantes literas
electi in Papam ante quàm coronetur, sunt ipso
facto excommunicati per quandam Extrauagantem
Benedicti xi. vt refert sanctus Antonius Archid. Flo.
in tertia parte, titul. xxiiii. cap. lxviii.

*In eos qui sub quibusuis pœnis, ne sine ip-
forum inhihentium aut principum bene-
placito mandentur exequutioni litera Apo-
stolica inhihent. CAP. XXIX.*

*Literarum Apostolicarum exequutionem
impediens excommunicatur.*

EXcommunicamus & anathematizamus omnes
illos qui sub quibusuis pœnis, quibuscunque per-
sonis in genere & in specie, ne aliquas literas Apo-
stolicas etiam in forma breuis tam gratiam, quàm
iustitiam concernentes, & citationes, & exequutoria-
les, quæ à sede prædicta emanarunt, & pro tempore
emanabunt, siue eorū vel Principum beneplacito &
examine exequutioni mandent, inhihent, ac nota-
rios, exequutores vel subexequutores literarum, mo-
nitoriorum, citationum & inhihentium huiusmodi
capiunt, incarcerant, & detinent, vel capi & incarce-
rari, & detineri faciunt. Et qui ex eorum officio, vel
ad instantiam quorumcunque personas ecclesiasti-
cas, & capitula, conuentus & collegia ecclesiarū qua-
rumcunque, coram se ad suum tribunal, audientiam,
cancellariam, consilium vel parlamentum trahunt,

Excommunicatio. 187

æ propter iuris communis dispositionem trahi faciunt, vel procurant directè vel indirectè, quouis quæsto ingenio, vel colore. In proces. cœnæ Domini.

CAnonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur auctoritas sedis Apostolicæ: primò in suis literis, citationibus & exequutionibus: secundo, in suis notariis, exequutoribus & subexequutoribus: tertio in ecclesiasticis personis, capitulis, conventibus & collegiis. Et quò ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones diuersificatur secundum materias: nam in prima materia ponit vnam actionem, scilicet sub quibusuis pœnis inhibere, ne sine ipsorum inhibitionum aut Principum beneplacito exequutioni mandent literæ Apostolicæ & alia præmissa. In secunda vero materia ponit tres actiones publicatas, prima est, capere: secunda, incarcerare: tertia, detinere. Et duplicantur per facere capi, incarcerari, vel detineri. In tertia demum materia ponit actiones tres, prima est, trahere ad suum tribunal audientiam, &c. præter iuris communis dispositionem: secunda est, trahi facere: tertia est trahi procurare. Vbi nota in tertia materia quod licet appareat quod iste canon sit editus contra dominos seculares, qui seipso constituant iudices Ecclesiasticarum personarum, &c. secundum tamen veritatem ligat etiam Ecclesiasticos, qui præter iuris communis dispositionem hæc eadem præsumunt auctoritate alia quàm Ecclesiastica: quia in hoc canone non fit discretio inter laicos & clericos quum excommunicantur, non enim dicitur excommunicamus illos, laicos, sed absolute illos. Et fortè fuit ratio, quia in multis locis prælati Ecclesiastici instituuntur à principibus ad causas huiusmodi: & propter canones communiter sunt hic excommunicati. Et est Papalis.

M 5

10

188 Excommunicatio.

In offendentes sedem Apostolicam auctoritatem in cognitione causarum. CAP. XXX. Causas ab Apostolica sede cognoscendas in aliam curiam transferens, vel, ne de eisdem dicta sedes cognoscat, impediens, excommunicationem incurrit.

EXcommunicamus & anathematizamus omnes & singulos vicecancellarios & consiliarios, ordinarios & extraordinarios quorumcunque Regum & principum ac cancellariorum, consiliorum & parlamentorum: necnon procuratores generales eorumdem vel aliorum principum secularium, etiam si imperiali, regali, ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate: necnon Archiepiscopos & Episcopos, Abbates & commendatarios, eorumque vicarios & officiales, qui per se vel alium, seu alios, quarumcunque exemptionum vel aliarum gratiarum & literarum Apostolicarum, necnon decimarum, & beneficiales, ac alias spirituales & spiritualibus annexas causas ab auditoribus & commissariis nostris auocant: ac executiones monitoriorum, citationum inhibitionum, sequestrationum, executuarum & aliarum literarum Apostolicarum tam gratiam, quam iustitiam concernentium, à nobis, necnon camerario & præcedentibus camerae Apostolicæ, ac auditoribus & commissariis Apostolicis, in eisdem causis pro tempore emanatarum, illarumque cursum & audientiam, ac personas, capitula, conuentus & collegia causas ipsas prosequi volentis auctoritate laicali impediunt & se de illarum cognitione tanquam iudices intromittere, ac partes actrices quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad reuocandum seu reuocari faciendum citationes vel inhibitiones

Excommunicatio. 289

hibitiones aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris pœnis in illis contentis absolui ordinant, vel compellunt. In process. cœnæ Domini.

CAnonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur autoritas sanctæ sedis Apostolicæ in causarum cognitione. Et quò ad personas comprehendit nouem genera personarum. primò, Vicecancellarios: secundò Consiliarios quorumcunque Regum vel principum, cancellariorum, Consistorum, parlamentorum: tertio generales procuratores eorundem, &c. quartò, Archiepiscopos: quintò, Episcopos: sextò, Abbates: septimò, commendatarios: octauò, eorum vicarios: nonò, eorum officiales. Quò ad actiones autem ponit quinque actiones: ita tamen vt quælibet intelligatur tam si per se, quàm si per alium quis illam exerceat. Et referuntur ad diuersa istæ diuersæ actiones: nisi duæ vltimæ quæ referuntur ad idem. Prima actio est, aduocari causas ab auditoribus, vel commissariis Apostolicis: secunda est, autoritate facili impedire executiones aut causarum seu audientiam, aut personas, capitula conuentus seu collegia causas ipsas prosequi volentes: tertia, est se de illarum cognitione tanquàm iudices intrmittere: quarta simul cum quinta est, ordinare vel compellere partes actrices ad reuocandum, &c. vel ad faciendum absolui à censuris & pœnis eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt: ita quòd quicumq; ex supradictis nouem generibus personarum aliquam harum quinque actionum per se, vel per alium fecerit, excommunicatus est. Et est Papalis. Et aduerte diligentissimè doctè confessor, quod in processu sæpe dicto cœnæ Domini sub Adriano vt. excluduntur excusationes principum vel consiliariorum & huiusmodi, excusantium se super tolerantia Ro. Pon. & huiusmodi: nã ibi post quinque censuras

suras

290 Excommunicatio.

ſuras habentur hæc verba: Declarantes nihilominus ac proteſtantes (prout tenore præſentium declaramus, ac expreſſè proteſtamur) abſolutionem hodie vel aliàs etiam ſolenniter per nos faciendam, præfa-
tos vicecancellarios, conſiliarios & procuratores, ac alios communicatos prædictos, niſi prius, à præmiſſis cum vero propoſito ulterius ſimilia non committendi deſtiterint, non comprehendere, nec illis aliter ſuffragaturam eſſe. Ac inſuper in præmiſſis omnibus & ſingulis ac aliis quibuſcunque iuribus ſedi Apoſtolicæ ac ſanctæ Rom. Eccl. vndecumque & quomodolibet quæſtis, ſeu quærendis, per quoscunque actus contrarios aut quomodolibet præiudicantes: tacitos, vel expreſſos à nobis, vel ſede Apoſtolica quomodolibet factos, aut faciendos, aut quemcumque temporis fluxum ſeu patientiam vel tolerantiam noſtram, nullatenus quomodolibet præiudicari debere, aut quomodolibet poſſe: & ſic noſtræ incommutabilis intentionis ſemper fuiſſe, fore, & eſſe.

Contra offendentes Eccleſiæ libertatem.

In eos qui Eccleſiaſticam libertatem per ſtatuta ſeu conſuetudines offendunt.

CAP. XXXI.

Statuta in conſuetudines contra Eccleſiæ libertatem condentes excommunicantur.

EXcommunicamus omnes qui de cætero ſervari fecerint ſtatuta edita, & conſuetudines, vel potius abuſiones introductas contra Eccleſiaſticam libertatem, niſi ea de capitularibus ſuis intra duos meſes poſt huiusmodi publicationē ſententiæ fecerint

Excommunicatio. 191

zint amoueri. Excommunicamus quoque statuta-
rios & scriptores statutorum ipsorum, necnon &
potestates, & consules, rectores, & consiliarios loco-
rum, vbi de cætero huiusmodi statuta & consuetu-
dines edita fuerint vel obseruata: necnon & illos qui
secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publi-
ca forma scribere iudicata. Hono. iiii. de sentent. ex-
com. nouerit.

CAnonum istorum materia est sacrilegium, quo
Ecclesiastica libertas per statuta seu consuetudi-
nes offenditur. Et quò ad personas primus canon
vniuersalis est. Quò ad actiones verò duas ponit a-
ctiones. Prima est, facere seruari statuta & consue-
tudines contra Ecclesiasticam libertatem: secunda
est, non facere amoueri huiusmodi statuta de capitulis
suis.

Secundus autem canon specificat sex genera per-
sonarum: scilicet, statutarios, scriptores statutorum,
potestates, consules, rectores, & consiliarios loco-
rum, vbi fuerint edita vel seruata. Deinde vniuersa-
liter extendit se ad omnes quantum ad duas actio-
nes, prima est, iudicare secundum huiusmodi statu-
ta: secunda est, scribere in publica forma huiusmodi
iudicata.

Vbi sunt multa notanda. Primò, notanda est
differentia inter absolute violantes Ecclesiæ liberta-
tem, & inter illos violantes respectiue ad statuta vel
consuetudines: quoniam neuter istorum canonum
excommunicat primos, sed solos secundos, qui cum
relationibus seu dependentiis ad statuta seu consue-
tudines violatores reputantur: vt pater discurrèu per
omnes casus in his canonibus comprehensos.

Secundò, notanda est constructio primi canonis:
quia aliud significat, & aliud intelligitur. Nam signi-
ficat requiri ad incurrendum illum canonem duo si-
gna

191

192 Excommunicatio.

mul. primum est, facere seruari huiusmodi statuta vel consuetudines: secundum est, non facere amoueri illa intra duos menses de capitularibus, quia manifestè excommunicat facientes primum cum coniunctio- ne exceptiua nisi fecerint amoueri, &c. Intelligitur autem diuisum, ita quòd sint duo casus: & tam fa- cientes seruari quàm non facientes amoueri, sunt excommunicati. Mihi videtur non esse recedendum à plano sensu literæ: adiungendo quòd canon iste specialis est, & respicit statuta & consuetudines tunc temporis editas & introductas & propterea desit il- lis tempus duorum mensium à publicatione istius sententiæ: ita quòd disposuit Honor. iii. quò ad tunc edita statuta quòd vtrunque requiretur ad incur- rendum illam sententiam: & quòd si non fecissent illa seruari sufficiebat, nec ligabantur, quia non debe- bant. Propterea quoque subiunxit alium canonem ad futura statuta & consuetudines. Et si quis affir- mandum omnino censet primum canonè respicere statuta cuiusque temporis (quia non dicit hæcenus edita) amplectatur quoque literam cum sensu suo: ut scilicet vtrunq; simul, & non sensum appositum: ita quòd non sufficit non facere amouere statuta de ca- pitularibus ad incurrendū hunc canonem: sed simul oportet quòd sit de numero facientium illa seruari: quia sic clarè dicit textus: Faciens ergo seruari, si non facit deleri, est excommunicatus: & si non facit dele- ri, & tamen non facit seruari, non est excommuni- catus ex hoc solo quòd non facit deleri. Tertiò nota in secundo canone, quòd illa sex personarum genera quæ excommunicantur absque actionum propria- rum explicatione (quoniam non dicitur: qui consen- serint aut fecerint, sed impersonaliter dicitur vbi con- suetudines vel statuta fuerint edita vel seruata) non sunt sic durè imponenda: quia excommunicatio est

maxima

maxim
peccat
xtu ar
gend
quant
(hoc e
cho ex
licet f
cance
vtpot
states
peren
excom
quàn
si pur
tra E
fulun
men
lis qu
scrib
berta
prob
gunt
tum
non
por
hen
citu
vel
cum
fia
ni,
ze.
tas
pct

Excommunicatio. 193

maxima poena Ecclesiae, quae non nisi pro mortali peccato inferitur. Sed quoniam duae actiones in textu applicantur (scilicet edi & seruari) hinc intelligendum est quod sex illa genera personarum pro quanto concurrunt ad alteram harum actionum (hoc est vel ad edendum vel ad secundum) sunt ipso facto excommunicata. At propterea statuarii (qui scilicet faciunt haec) & similiter scriptores illorum, ut cancellarii, & similes, sunt ipso facto excommunicati utpote concurrentes ad editionem statutorum. Potestates vero, consules, rectores, & consiliiari, si nihil operentur: ad editionem aut obseruationem, non sunt excommunicati. Quarto nota, quod tam statuarii, quam alii excusantur ab excommunicationis censura, si pura mente & recto animo nolentes aliquid contra Ecclesiae libertatem statuere aut sustinere, consulunt doctores reputatos, &c. seu committunt examen eorum doctoribus huiusmodi: & certificati ab illis quod nihil est contra Ecclesiae libertatem, statuunt, scribunt, &c. aliquid, quod in veritate esset contra libertatem Ecclesiae: quia agunt ex ignorantia plus quam probabili. Et nec apud Deum nec apud Ecclesiam agunt contra Ecclesiae libertatem: quia fecerunt, quantum in se est, quod viros probos decet. Et excusantur non solum a tanto, sed a toto. Quinto nota, quid importat libertas Ecclesiastica. Et scito quod comprehendere videtur omne id in quo ecclesia non subicitur aut arctatur: siue illud spectet ad esse naturale vel speciale, siue ad operari aut recipere, siue ad quodcunque aliud, & rursus siue aliud conueniat Ecclesiae ex dono naturali, siue gratuito siue ex iure communi, siue ex priuilegio: ita quod vade habeat, non est curae. Et hoc ex libertatis nomine haberes, nisi libertas limitaretur per Ecclesiae nomen formaliter sumptum: hoc est quatenus Ecclesiae rationem habet. Ex hoc
enim

194 Excommunicatio.

enim habes, quod propriè loquendo, libertas Ecclesie non comprehendit nisi illa in quibus Ecclesia quatenus Ecclesia est libera, vndeunque illa habeat, siue à Deo, siue à Papa, siue ab Imperatore, &c. Et quod ita canones intelligant Ecclesie libertatem, patet ex eo quod in sexto de immu. Eccle. cap. libertatis. dicitur, quod inhibere, ne clerici molant, coquant, vendant &c. præsumitur contra libertatem Ecclesie, præsumi dixit, non esse: quia secundum veritatem sunt hæc contra libertatem politici conuictus, & non contra Ecclesiam, quatenus Ecclesia. Et Ecclesie rursum nomine accipe quod est sermo de libertate communi vniuersæ Ecclesie, & non de libertate propria tali Ecclesie vel tali religioni: ita quod si quis statuit contra priuilegium proprium alicuius collegii (puta protonotariorum) aut alicuius religionis (puta monachorum) aut alicuius Ecclesie (puta Mediolanensis) non incurrit hunc Canonem: sed oportet quod statuat contra illud quod commune est omnibus Ecclesiis. Et bene intellige nouitiam: quia non dicimus quod oportet statui contra omnes Ecclesias mundi: sed dicimus quod oportet statui contra illud quod est libertatis communis omnibus Ecclesiis mundi. vnde si quis statuat, quod non possit quis donare tali Ecclesie (puta sancti Donati) quamuis contra vnã tendat Ecclesiam particularem, incurrit tamen excommunicationem hanc: quia statuit contra libertatem communem omnibus Ecclesiis. Commune siquidem est omni Ecclesie Christi, quod potest cui libet donari: libertas enim communis offenditur in illa vna, & sic de aliis.

Sextò nota, quod statuere contra Ecclesie libertatem, est per se (hoc est ex intentione) tendere contra Ecclesiasticam libertatem: quoniam quod est per accidens, alienum est ab arte & iure. Et hoc tam secundum

Excommunicatio. 195

secundum doctrinam demonstratiuam, quam secundum iura, quoniam ipsa quoque supponunt, & assumunt quod voluntate & proposito maleficia distinguantur. Per se autem seu ex intentione contra Ecclesiasticam libertatem intellige penes intentionem operis statuti: ita quod si opus, quod statuitur, per se (hoc est suapte natura) tendit contra Ecclesiasticam libertatem statutum est contra illam. Si autem per se non tendit contra illam, statutum ex se non est contra illam: quauis contingere possit quod ex intentione statuentis fuerit contra illam, ex odio & malignitate in Ecclesie libertatem factum. Discernere autem actum ex sua natura tendentem contra Ecclesie libertatem, non est difficile scientibus quod idem est per se, seu ex propria natura ex intentione. Et sicut detractio contra famam, contumelia contra honorem, adulterium contra alienum thorum, homicidium contra humanam vitam: ita statuere quod clericis non dentur decimae elemosynae, quod non possint iudicare in causis ecclesiasticis, quod teneantur soluere vectigalia de rebus suis non negociandi gratia, & similia, contra ecclesiasticam tendit per se libertatem. Et iuxta hanc rationabilem theoreticam dicendum est, quod statutum ciuitatis disponens de honore mortuorum, modum imponendo, ne excessus fiat, & pauperes ambitio in steribus non grauet, si non disponit nisi de illis quae per se ordinantur ad honorem, licitum & sanctum est etiam si inde non per se, sed per accidens proueniat effectus aliquis, qui videtur contra Ecclesie libertatem: quoniam secundum id quod est, per se, iudicandum est etiam in moralibus, & non secundum id quod per accidens. Et propter ea quum confiter sumptuosa sepulchra, multitudinem luminarium, indumenta equorum ac pedisequorum, multitudinem crucium, varietatem religionum, & similia, ad tem-

N poralem

196 Excommunicatio.

poralem honorē defuncti, aut viuorū per se ordinari, non solū ex intentione facientium hæc, sed ex natura ipsorum operum, consequens est vt moderari hæc ad potestatem politicam spectet, ad quam spectat cura ciuium circa honores temporales.

Nec obstat quod tanguntur clerici, quia non tanguntur nisi vt materia temporalis honoris non ipsorum clericorum, sed ciuium. Regulare autē est quod cognoscens, iudicans, curamque habens de forma, cognoscit, iudicat ac disponit de materia quatenus respicit illam formam: vt patet in omnibus artibus. Nec rursus obstat quod ista moderatio sit nociua clericis, & subtractiua elemosynarum, & diminutiua cultus diuini, & adēptiua suffragiorum quæ obuenirent ex reliquis horum remanentium apud ecclesias vel ecclesiasticas personas: quoniam hæc omnia & similia per accidens eueniunt: per se autem de honore temporali agitur.

Nec obstat quod extrā de rebus eccl. non alie. cap. si decernitur esse contra libertatem ecclesiæ statuere de mortuariis, tanquam de annexis Ecclesiasticæ iurisdictioni: quoniam hoc intelligendum est de mortuariis ordinatis per se ad Ecclesiam, ad salutem defuncti, seu cultum diuinum: secus autem de per se ordinatis ad temporalem honorem.

In eos qui repræsalias aduersus personas Ecclesiasticas seu bona ipsarum concedunt vel extendunt. CAP. XXXII.

Repræsalias, concedentes vel extendētes in præiudicium Ecclesiasticum excommunicationis iaculo feriuntur.

Illi qui repræsalias aduersus personas Ecclesiasticas, seu bona ipsarum concedunt, vel extendunt ad

cat.

Excommunicatio. 197.

cas, nisi præsumptionem huiusmodi reuocauerint & confessionis vel extensionis tempore intra mensem, si persona singularis fuerit, sententiam excommunicationis incurrat: si vniuersitas, Ecclesiastico subiaceat interdicto. Greg. 10 de iniuriis. cap. & si piguoratio- nes, lib. vi.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur libertas Ecclesiastica, quantum ad exemptionem à repræsalis. Quò ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones comprehendit duas actiones. Prima est, cōcedere: secunda, est extēdere. Vbi nota tria. Primò, quòd habent locum siue repræsalis sint iniustæ siue aliàs iustæ contra ciues &c. quoniam clerici exempti debent esse ab huiusmodi repræsalis. Secundò, quòd requiritur mensis post confessionē vel extensionem: quia lex sic disponit. Et propterea si intra mensem exequutio aliqua contra clericorum bona interueniret, nō incurreretur hæc excommunicationis sententia: debent tamen reuocando intra mensem, restitui in integrum bona clericorū. Tercio quòd si repræsalis conceduntur solūm contra bona clericū debitoris, præmissis ac seruatis iis quæ de iure præmittenda an seruanda sunt: non est locus huic canonis: quia non propriè sunt repræsalis illæ in quibus vnus pro aliò grauari nō potest, vt ex hoc textu habere potes, pœnæ autem non sunt extendendæ, sed restringendæ. Et est Episcopalis.

*In offendentes libertatem Ecclesiasticam
compulsione ad submitendum bona laicis,
&c.*

CAP. XXXIII.

*Compellens Ecclesiasticum cum suis bonis
temporali domino se submittere,
excommunicatur.*

N. 3

III

198 Excommunicatio.

Illi qui praelatos vel personas Ecclesiasticas ad submittendum Ecclesie bona immobilia seu iura ipsarum laicis, non concedendo bona ipsa vel iura in emphyteosim, seu alias alienando in forma & casibus à iure permissis, sed constituendo vel regnoscendo seu profitendo à laicis ea tanquam à superioribus se tenere, seu ab ipsis aduocando, vel ipsos patronos vel aduocatos Ecclesiarum seu bonorum ipsarum perpetuo aut ad tempus non modicum statuendo cōpulerint cuiuscunque sint conditionis aut status, excommunicationis sententia sint innodati. Et infra. Laici ex contractibus super præmissis, consensu capituli & licentia Apostolica interuenientibus initis seu occasione illorum, ultra id quod ex natura contractuum ipsorum vel adhibita in illis lege permittitur, aliquid usurpantes, nisi legitimè moniti ab huiusmodi usurpatione destiterint restituendo etiam quæ taliter usurparunt, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Greg. x. de reb. Eccles. non ali. cap. hoc consultiſſimo.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur libertas Ecclesiastica compulsionem ad submittendum bona laicis, &c. Et quò ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones, duas ponit actiones. Prima est, compellere, secunda est, usurpare. Sed prima actio (scilicet compellere) ad multa extenditur: compellit siquidem vel Prælatos vel personas Ecclesiasticas ad submittendum aliquod trium, vel Ecclesias vel bona immobilia, vel iura laicis in casu non permissis à iure. Et ista submissio fit aliquo trium modorum. Primo profitendo se tenere prædicta à laicis tanquam à superioribus. Secundo eadem à laicis aduocando, & est hoc vocabulum Ultramontanum, quo solent vti in istis. Tertio, laicos statuendo patronos vel aduocatos. Compellentes igitur ad aliquid horum,

Excommunicatio. 199

horum, sunt excōmunicati. Secunda verò actio (quas est vsurpatio) refertur ad plus quàm illis conuenias ex talibus contractibus licite factis. Sed ista secunda censura non incurritur ipso facto, sed si post legitimam monitionem recusauerint desistere & restituere. Et utraque est Episcopalis.

In grauantes quaslibet personas Ecclesiasticas, pro eo quòd rogata, eum pro quo rogabantur eligere noluerunt.

CAP. XXXIIII.

Persequētes eū qui rogatus aliquē in aliquā dignitatē Ecclesiasticā eligere, et nō eligit, excommunicationem incurrit.

Scient cuncti qui clericos vel quaslibet personas Ecclesiasticas ad quos in aliquibus monasteriis aut aliis piis locis spectat electio, pro eo quod rogati seu alias inducti eum pro quo rogabantur seu inducebantur eligere, noluerunt, vel consanguineos eorum, aut ipsas Ecclesias, monasteria seu loca cætera beneficia seu aliis bonis suis per se vel per alios spoliando, seu alias iniuste persequendo grauare præsumserint: se ipso facto excommunicationis sententia innodatos. Greg. de elect. capit. sciant cuncti. lib. vi.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur libertas Ecclesiastica quantum ad liberum electionis opus, & quò ad personas est vniuersalis. Quo ad actiones, ponit vnam quidem actionē communissimam: scilicet grauare, explicando duas vias grauandi: vel spoliando, vel alias iniuste persequendo. Sed & Actionem ipsam subiicit excōmunicationi nō vndeunque sed ex certa causa procedentem, scilicet, si fiat pro eo, quod electores seu electrices rogati seu

N 3

alias

200 Excommunicatio.

alijs inducti eligere noluerunt illum vel illam pro quo vel qua rogabantur. Vbi aduerte quod ad incurrendum hunc canonem requiritur primo quod fiat actus grauius per spoliū vel persecutionē iniustam. Secundo, quod istud grauius inferatur ex dicta causa, partim affirmatiua (scilicet quod fuerint rogati seu impulsī) & partim, negatiua scilicet quod non elegerunt illū. Tertio quod inferatur contra aliquem ex quinque, scilicet vel persona electricas Ecclesiasticas: vel consanguineos eorum, vel ipsas Ecclesias vel monasteria, vel cætera pia loca. Et est semper sermo de electione quæ fit à personis Ecclesiasticis: quoniam ad electionem quæ fit à laicis in suis fraternitatibus, & similiter à mulieribus quæ non sunt Ecclesiasticæ personæ (vt tertiana, & huiusmodi) non extenditur iste canon: qui ad clericos vel Ecclesiasticas personas dicit spectare electionem. Et est Episcopalis.

In impediētes litigantes in foro Ecclesiastico in causis quæ de iure vel consuetudine ad dictū forū pertinent. CAP. XXXV.

Processus foro Ecclesiastico competens non potest absque excommunicationis censura impediri.

STatuimus ne quis impetratores literarum nostrarum ad nos vel ad forum Ecclesiasticum recurrentes super causis, quæ ad idem forum de iure vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur per se vel per alium ad desistendum, vel in foro seculari de quæstionibus huiusmodi litigandum, per eorundem iudicium Ecclesiasticorū, vel impetrantiū aut litigantiū seu volentiū litigare, aut propinquorū ipsorum, seu rerū illorum seu Ecclesiarum suarum etiā captiōnem

Excommunicatio. 201

nem modisve aliis quibuscunq; cōpellat seu cōpell
faciat, vel procuret : nec per se aliosve impediatur quò
minus cor iudicibus Ecclesiasticis delegatis seu ordi-
nariis querelas de causis quæ (vt præmissum est) ad
cognitionem pertinent eorundē, possit liberè iustitiā
obtinere: nec ad præmissa faciendā dat auxilium, con-
siliū vel fauorem. Si quis verò contra præsumpse-
rit se ipso facto excommunicationi nouerit subiacerē.
A qua nisi tam iudici cuius cognitio fuerit impedita
vel iurisdicō vsurpata, quàm parti quæ in prosequu-
tione sui iuris turbata fuerit de iniuria, damnis, ex-
pensis & interesse, prius per eundem fuerit integrè
satisfactum, nullatenus absoluat. Bonif. extra de
immu. Eccles. quoniam. lib. vi.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offen-
dit, libertas ecclesiastica quò ad opus iudiciale.
Et quò ad personas vniuersalis est. Quò ad actiones
verò continet actiones principales quatuor. Prima
est, compellere: secunda, compelli facere: tertia: com-
pelli procurare: quarta, per se vel alios impedit. Ac-
cessorias verò tres scilicet ad prædicta faciendā con-
sulere, auxiliari, fauere. Et bene nota, quod canō iste
non arctatur ad curiam Ro. sed fouet libertatem Ec-
clesiastici fori in quacunq; diocesi. Et est Episcopalis
præmissa satisfactione pro quanto tamen quis Apo-
stolicas literas impediret contra processum cœnæ
Domini, esset Papalis: vt patet superius in cēsuris con-
tra sacrilegia in sedem Apostolicam.

*In grauantēs illos qui in ipsos aut alios sen-
tentiam excommunicationis, suspensionis vel
interdicti protulerint, &c. CA. XXXVI.*

*Censuræ Ecclesiasticæ executionem dam-
nificantes excommunicantur.*

N 4

Quicumq;

202 Excommunicatio

Q Vicunque pro eo quòd in Reges, Principes & Barones, nobiles & Balliuos vel quoslibet ministros eorū aut quoscunque alios ex cōmunicationis, suspensionis siue interdicti sententia fuerit promulgata, licentiā, alicui dederint occidendi, capiendi, seu aliās in personis aut in bonis suis vel suorum grauandi eos qui tales sentētiās protulerūt, siue quorum sunt occasione prolatae, vel easdē sententias obseruantes, seu taliter ex cōmunicatis communicare nolentes: nisi licentiā ipsam re integra reuocauerint, vel si ad bonorū captionem occasione ipsius licentiā sit processum, nisi bona ipsa fuerint intra septem dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impēsa: eo ipso sententiā excommunicationis incurrant. Eadem quoque sint sententia innodati omnes qui ausi fuerint prædicta licentia data vti, vel aliquid præmissorum ad quæ cōmittenda dari licentiā prohibuimus, aliās committere suo motu. Qui autē in eadem sententia permanserint duorum mensium spatio, ex tunc ab eo non possint, nisi per sedem Apostolicam, absolutionis beneficium obtinere. Greg. x. de sententia excom. quicunque libro vi.

C Anonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur Ecclesiastica libertas quantū ad opus promulgandi & exequendi cēsuras Ecclesiasticas. Et quòd ad personas est vniuersalis. Quòd ad actiones ponit tres actiones generales.

Prima est, dare licentiā trium actionum: scilicet occidendi, capiendi, seu aliās grauandi, tam in personis quā in bonis suis vel suorum. Secūda est, vti dicta licentia data ad aliquid dictorū. Tertia est cōmittere aliquid trium dictorū, scilicet occidere, capere, vel aliās grauare &c. motu suo, hoc est non propter licentiā datā ab alio. Vni pro clariori perceptione nota primò quòd canon iste primò punit dantes alicui licentiā

Excommunicatio. 203

centiam occidendi, vel capiendi, vel grauâdi quatuor genera personarum (scilicet vel iudices, vel partē, vel obsequentes, vel vitantes) nisi alterum duorū faciant, hoc est, vel quod rei integræ licentiā reuocent, vel si res non est integra quod ad captionem bonorū, quod restitutio aut satisfactio bonorum intra septem dierum spatiū subsequatur. Vnde sequitur quod quādiu res est integra, nunquā qui licentiā hanc dedit, est excommunicatus: quia adhuc pendet tēpus reuocandi, & potest reuocando re integra, præseruare se ab excommunicatione immune. Oportet ergo licentiā habere effectū, vt sit locus canoni, & quod ad vnum effectum (scilicet captionem bonorum) benignitas huius canonis prorogat adhuc tempus septē dierū post dictū effectū, in quo possit restituendo vel satisfaciendo præseruare se ab excommunicatione. In cæteris verò effectibus ipso facto est excommunicatus qui dedit licentiā quando effectus est subsequutus: puta quando capta vel occisa est persona propter licentiā datā.

Nota secūdò quod nullus propriè in persona vel bonis suis vel suorum grauatur qui iustè patitur: ac per hoc grauamē iniustum oportet esse si grauamen est. Nota tertio, quod quia canon iste fauorabilis est, ideo appellatione suorum, omnes qui quomodolibet vt sui grauati sunt, veniunt, quacunque relatione remotissima sint sui. Neque enim debet minor esse protectio huius canonis, quàm extendatur impietas offendentium. Et est intra duos menses Episcopalis postea Papalis: vt in litera dicitur.

In dominos temporales, suis subditis ne personis Ecclesiasticis vendant, emant, conquant, molant, aut alia obsequia exhibeant interdicentes.

N 5 CAP.

204 Excommunicatio.
CAPVT XXXVII.

*Seruitia vel obsequia communia personarum
Ecclesiasticis exhiberi prohibentes ana-
themate multantur.*

Eos qui temporale dominium obtinētes suis sub-
ditis ne Prælati aut clericis seu personis Ecclesia-
sticis, quicquam vendant aut emanent aliquid ab eisde,
nec ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia
obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicitur
cum talia in derogationem Ecclesiasticæ libertatis
præsumantur, eo ipso excommunicationis sententiæ
decernimus subiaceri. Bonifac. viii. de immu. Eccles.
cap. libertatis. lib. vi.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo Eccle-
siastica libertas offenditur in libera venditione,
emptione, obsequiis, &c. Et quò ad personas parti-
cularis est: nam ligat solos illos qui temporale domi-
niū obtinēt. Quò ad actiones verò vnā punit, scilicet
interdicere subditis suis ne Ecclesiasticis personis ven-
dant, emanent, molant, coquant, obsequia exhibeant.

Et nota quòd non requiritur quòd de hoc faciāt
statutū aut sub pœnis inhibeant: sed sufficit quòd in-
hibeant subditis suis. Et nota quòd ista nō sunt pro-
priè contra libertatem Ecclesiasticam, sed contra hu-
manam societatem: verū quia in odium Ecclesiæ
fiunt, præsumuntur (vt in litera dicitur) fieri contra
libertatem Ecclesiasticam.

*In offendētes libertatē Ecclesiasticā in Ec-
clesiarū vacantium bonis. CA. XXXVIII.
Ecclesiarum vacantium bona usurpan-
tes excommunicantur.*

Vniuersi

Excommunicatio. 203

Vniuersos & singulos qui regalia, custodiam siue guardiam, aduocationis seu defensionis titulum in Ecclesiis, monasteriis, siue quibuslibet aliis piis locis vacantibus, de nouo usurpare conantes, bona Ecclesiarum monasteriorum aut locorum ipsorum vacantium occupare præsumunt: clericosque Ecclesiarum, monachos monasteriorum, & personas cæteras locorum eorundem quæ hoc fieri procurant, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere. Bonifa. de elec. genera. lib. vi.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur libertas Ecclesiastica in ecclesiarum vacantium bonis. Et quò ad personas est in parte vniuersalis, quia ligat vniuersos & singulos. In secunda autem parte est particularis, quia ligat solas personas illorum locorum vacantium. Quò ad actiones verò in prima parte ponit duas actiones simul. Prima est, de nouo conari usurpare aliquid horum quinque, vel regalia, vel custodiã, vel guardiam, vel titulum aduocationis, vel titulũ defensionis in vacantibus Ecclesiis, monasteriis, aut aliis piis locis. Secunda est: occupare bona dictorũ locorum: ita quòd ad incurrẽdũ huius canonis censuram, nec sufficit usurpare aliquem dictorũ titulorũ sine occupatione bonorum, nec sufficit occupare bona sine conatũ ad usurpandum aliquem dictorum titulorum: sed oportet vtrunq; concurrere ad hoc vt incurratur huius canonis sententiã. In secunda autem parte vna actio punitur: scilicet procurare hoc fieri. Et intellige cũ effectu subsequuto: quoniã vt accessoria actio ad tale fieri ponitur. Et est episcopalis. Et aduerte, quòd gl. exponit de nouo, id est, à quadraginta annis citra: quia in hoc eodem canone quasi distinguendo contra novos, subditur. Qui autem ex fundatione vel antiqua consuetudine iura sibi huiusmodi vendicant

In

206 Excommunicatio.

In offendentes Ecclesiasticam libertatem quantum ad exemptionem à pedagijis & guidagijis. CAP. XXXIX.

Ecclesiastici, an & quando ad pedagia soluenda teneantur, vel non.

Constitutionem felic. record. Alexandri Papæ iiii. prædecessoris nostri, qui statuit Ecclesias & personas Ecclesiasticas ad pedagia & guidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum vel soluendum talia pro rebus suis propriis quas non causa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt seu transmittunt: volentes propter multorum insolentiam & abusum pœnæ adminiculo adiuuare, edicimus districtius inhibendo (contraria consuetudine, quorumcunque non obstâte) vt nec collegium, nec vniuersitas, nec aliqua etiam singularis persona à præfatis personis seu Ecclesiis pro personis ipsis aut rebus prædictis talia exigat, vel extorqueat per se vel per alium, suo nomine vel etiam alieno, aut eas ad huiusmodi persoluenda compellat. Qui verò contrafecerint, si personæ fuerint singulares, excommunicationis, si autem collegium vel vniuersitas, ciuitatis, castri, seu loci alterius cuiuscunque, ipsa ciuitas, castrum vel locus, interdicti sententiam ipso facto incurrant. Nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter. extra de censib. cap. quanquam. lib. vi.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur Ecclesiastica libertas quantum ad exemptionem à pedagijis & guidagijis. Et quò ad persona est vniuersalis. Quò ad actiones, vnam videtur comprehendere tripliciter nominatam, scilicet exigere, extor-

quere,

Excommunicatio. 207

quere, cōpellere per se vel per aliū, proprio vel alieno nomine, siue Ecclesias, siue personas Ecclesiasticas ad soluendum vel pro personis suis, aut rebus suis, quas non causa negotiationis deferunt vel deferri faciunt vel transmittunt. Vbi nota quòd pedagia propriè vocantur vectigalia pro transitu seu passu, Guidagia verò pro guida, non quæ à volente conducitur, sed quā velis nolis oportet te soluere, siue velis habere ducentem te, siue non. Et quia exigere importat coactionem: ideo si nullo modo cogit, non incurrit: sed satis cogit, qui clericum requirit non rogando, sed vt à debitore petendo vt soluat, iubendo, vt sistantur res &c. sicut petit à laicis. rarus est enim aut nullus qui sponte soluat. Et est Episcopalis, præmissa restitutione ac satisfactione: vt in litera dicitur.

In offendentes Ecclesiasticam libertatē quantum ad immunitatem à collectis exactionibus, & usurpantes iurisdictionē Prælatorum.

CAP. XL.

Iurisdictionem Prælatorum Ecclesiasticorum iniuste usurpantes, vel eos collectis vel tributis onerantes, excommunicationis nexu præmuntur.

IN diuersis mundi partibus consules ciuitatum & Rectores, necnon & alii qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt Ecclesiis, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur quàm sub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat. Ille quidem omnibus aliis seruituti subactis, sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & eis alimoniam de publico

publico

208 Excommunicatio.

publico administrant. Isti verò onera sua ferè vniuersa imponunt Ecclesiis: & tot angariis eas affligunt vti eis quod Hier. deplorat, competere videat: Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Siue quidem fossaria, siue expeditione seu alia quælibet sibi arbitrentur agenda, de bonis Ecclesiarum & clericorum & pauperum. Christi vrbibus deputatis, volunt fere cuncta compleri. Iurisdictionem etiam & auctoritatem prælatorum ita euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videatur remansisse hominibus.

Si autem consules aut alii de cætero ista commiserint, & commoniti desistere noluerint: tam ipsi quam fautores eorum communicationi se nouerint subiacere: nec ex cõmunioni reddantur, donec satisfactionem fecerint competentem extra de immu. Eccl. cap. non minus. Cæterum quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus vano decipiatur errore, vt intra tempus regiminis sustineat anathema, quatenus post illud non sit ad satisfactionis debitum compellendus. Nam & ipsum qui satisfacere recusauerit, & successorem ipsius nisi satisfecerit intra mensem, remanere decernimus Ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competenter: quum succedat in onere qui de honore substituitur, extra de immu. Eccl. cap. aduersus.

Canonum horum materia est sacrilegium, quo offenditur Ecclesiastica libertas quantum ad immunitatem à collectis, exactionibus & usurpationibus iurisdictionis Prælatorum. Et quò ad personas sunt particulares: arctantur enim ad consules, rectores & alios qui potestatem habere videntur cum fautoribus suis, & eorum successoribus in officiis. Quò ad actiones verò puniuntur in 1. canon. in generali quidam tres actiones. Prima est, onera imponere: secunda est angariis affligere: tertia est, euacuare iurisdictionem

§

Excommunicatio. 209

& auctoritatem prælatorum, ita vt nihil potestatis videatur remansisse in suos. In secundo verò canone ponuntur vna actio. s. non satisfacere. Vbi nota primò quod secundus casus nò præsупponit primū, inò recitat ipsum: & præsупponit officialē cui succeditur esse excommunicatum ob primā transgressionem canonis. Ad incurrendum autem primum canonē requiritur monitio: ita quod non ipso facto, sed nisi moniti desistant, incurrunt excōmunicationē, non ab ipso monitore, sed à iure hoc latam. Ad incurrēdū autem secundum, requiritur lapsus mensis: ita quod nisi intra mensem à successione computandum satisfecerit, excommunicatus est. Nota secundò canonem primū protegere bona non solū Ecclesiarum & clericorum, sed etiam deputata vsibus pauperum Christi. Et aduerte conferendo hunc canonem cum superius immediatè præmissis de pedagiis & guidagiis differentiam in onera sub forma pedagiorum seu gabelarum, & onera quæ sub forma talarū, taxarū imponuntur seu exiguntur à clericis, quoniā in primo casu est excommunicatio ipso facto: vt habes in præcedētī capitulo. In secundo autem casu non incurritur excommunicatio, nisi præcedat legitima monitio: vt hic habes. Et est Episcopalis præmissa satisfactio: vt hic dicitur.

Aduerte quoque constitutionem Bonifa. in. vi. cap. clericis. de immu. Eccle. cum tot censuris in hac materia esse totaliter reuocata in Clemen. cap. quoniā de imm. Eccle. Et propterea reditur ad ius antiquū, quod nāc tractatū est. Scito demū quod appellatione jurisdictionis quæ euacuari dicitur, venit iusdictione temporalis prælatorum, quā. s. Ecclesiastici prælati habent in tēporibus quā domini purè temporales frequenter euacuare videntur adeò vt prælati resistunt temporales domini ferè solo iure.

It

210 Excommunicatio.

In offendentes Ecclesiasticam libertatem quantum ab opus absoluendi seu reuocandi poenas excommunicationis, suspensionis, vel interdicti. CAP. XLII.

Libertatem absoluendi vel poenas excommunicationis vel interdicti reuocandi à Prælati Ecclesiasticis vi vel metu extorquentes excommunicationis morbo feriuntur.

Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quamcunque reuocationem ipsius, aut suspensionis seu etiam interdicti, per vim vel metum extortam, præsentis constitutionis auctoritate omnino viribus euacuamus. Ne autem sine vindicta, violentiæ crescat audacia: eos qui reuocationem seu absolutionem huiusmodi vi vel metu extorquent excommunicationis sententiæ decernimus subiaccere. Gregor. x. extrâ de his quæ vi vel metu. cap. vnicò, libro. vi.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur Ecclesiastica libertas quantum ad opus absoluendi seu reuocandi poenas excommunicationis, suspensionis vel interdicti. Et quò ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones verò duas ponit. Prima est extorquere vi. Secunda, extorquere metu absolutionis seu reuocationis excommunicationis, suspensionis vel interdicti. Vbi nota primò quod vis seu metus illatus nò distinguitur inter magni & parui: qualècunque enim vim aut qualècunque metum intulerit, sufficit si inde subsequutus est effectus absolutionis seu reuocationis: quia canon non distinguitur (vt dictum est) inter magnum & parui. Quòd si ex timore in-

nato
est loc
quet
culofu
fert ac
nicatio
enim f
scilicet
verba
rus ing
metu e
Nota
torque
contra
tiam l
quente
tam si
homin
lata fir
I
in cla
sum
Cla
fi
Præ
supp
officia
ad off
nis præ

Excommunicatio. 218

nato & non illato prælatus absoluit aut reuocat, non est locus huic poenæ: quia in casu tali nullus extorquet vi aut metu: sed ipsemet iudex seu prælatus meticolosus seipsum torquet. Nota secundò quòd non refert ad præsentem canonem, an sententia excommunicationis &c. fuerit iusta vel iniusta: qualiscunque enim fuerit prohibet lex modum talem reuocandi scilicet per vim & metum. Nota tertio, quòd quia verba cum effectu intelliguntur, ideo licet vis aut metus ingeratur: nisi absolutio aut reuocatio ex vi aut metu extorta sit, nõ incurritur excommunicatio ista. Nota quartò, quòd quia canon restringit se ad extorquentes absolutionem vel reuocationem censuræ contra seipsum, & similiter non restringit se ad sententiam latam ab homine vel à iure, ideò ligat extorquentes vi vel metu absolutionem vel reuocationem, tam si contra alium, quàm si contra se, & tam si ab homine, quàm quomolibet aliter censuræ sententia lata sit. Et est Episcopalis.

In offendentes Ecclesiasticam libertatem in clauium officio, claudendum diuinum cultum excommunicatis & interdictis.

CAP. XLII.

Clauium beneficium vel officium Ecclesiasticis Prælati concessum turbantes vel impediens excommunicantur.

Præsumptores præfatos qui in locis interdicto suppositis quenquam decætero diuina celebrare officia quomodolibet cogere, aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis præsertim vel interdicti ligatos sententia, reuocare, seu

112 Excommunicatio.

re, seu qui excommunicati publicè aut interdicti, de ecclesiis, dum in ipsis Missarum aguntur solennia à celebrantibus moniti vt exeant, prohibere, necnon excommunicatos publicè, & interdictos qui in ipsis Ecclesiis nominatim à celebrantibus vt exeant moniti, remanere præsumperint: excommunicationis sententia (à qua per sedem duntaxat Apostolicam possint absolui) sacro approbante Concilio innodamus. de sentent. excommunicat. graui. in Clem.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo offenditur ecclesiastica libertas in clauu officio, claudendum diuinum cultum excommunicatis & interdictis. Et quò ad personas partim est particularis, ligans solos nobiles & dominos tēporales: & partim est vniuersalis. Quò ad actiones ponit quatuor actiones: cogere, euocare, prohibere & remanere. ita quod excommunicantur primò cogentes celebrare in locis interdictis: secundo euocantes ad eadem officia aliquos præsertim excōmunicatos vel interdictos. tertio prohibentes ne exeant inde excōmunicati aut interdicti moniti: quartò, remanentes in ipsis Ecclesiis publicè sint excommunicati aut interdicti, & nominatim moniti à celebrantibus vt exeant. Vbi nota primò differentiam inter tres primos casus & quartum, in hoc quod tres primi restringuntur ad nobiles, & dominos temporales: quia pronomē relatiuum, qui, refert præsumptores præfatos, quos dixerat esse nobiles & dominos temporales. Quartus autem communis est omnibus vtriusque sexus excommunicatis publicè, &c. quia ad hoc distinguendum continuatur litera, copulandò ad præsumptores præfatos, omnes excommunicatos publicè, &c. dum dicit, necnon excommunicatos publicè, &c.

Not. secundo differentiam inter tertium casum & reliquos, in hoc quod tertius restringitur ad Missarū solennia

Excommunicatio. 213

solennia: alii autem communes sunt missæ, & aliis di-
uinis officiis. Not. tertio quod licet Decretalis narrā-
do restringatur se ad terras quæ sunt nobilium seu
dominorum, puniendo tamen latius iudicat, & ligat
nobiles ac dominos, qui in locis interdictis, siue sint
illorum loca, siue non præsumunt, &c. si secundum
verba exponenda sit. Secus autem si punitionis sen-
tentia iuxta narrata intelligenda sit. Quod ita verius
videretur, vt sic tenendum putem, quia conclusio præ-
missis consonare debet.

Nota quartò quod quia Decretalis qua duplicem
modum euocandi narrauerat, & statuendi dicit præ-
dicto modo, omnem prædictum modum quadrupli-
cem comprehendit, scilicet nunc hos, nunc illos vo-
cando, nunc compellendo, nunc campanis, nunc vo-
ce præconia. Et est Papalis.

*In impediētes sequestrationem benefi-
cij, vna diffinitiuā sententia contra posses-
sorem promulgata per loci ordinarium fa-
ctam, vel fructus sequestratos quoquomodo
occupare præsumentes. CAP. XLIII.
Beneficij sequestrationem post sententiam
contra possessorem promulgatam impe-
dientes excommunicationis senten-
tiam incurrunt.*

Definimus vt vna contra possessorem diffinitiuā
sententia super beneficio apud sedem Apostoli-
cam duntaxat in petitorio vel possessorio promulga-
ta, beneficium ipsum à possessore huiusmodi (dum
tamen triennio pacificè antea possessum ab eò non
fuerit) per loci ordinarium apud aliquam idoneam
personam sequestratur, &c. Si quis autem sequestra-
tionem

214 Excommunicatio.

tionem huiusmodi impedire, vel fructus sequestratorum quo quomodo præsumpserit occupare: excommunicationis sententiam incurrat ipso facto. A qua nisi impedimento prius amoto, & occupatis per eum fructibus restitutis, nullatenus absoluetur. extra de sequest. cap. i. in Clem.

CAnonis istius materia est sacrilegium, quo Ecclesiastica libertas in sedis Apostolicæ auctoritate offenditur in certo casu sequestri. Et quo ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones punit duas actiones. Prima est, impedire huiusmodi sequestrationem: secunda est, occupare sequestratos fructus. Et quia hic casus videtur de raro contingentibus, vide in litera conditiones requisitas ad hoc, quod sit iste casus in quo habet locum ista excommunicatio. Et est Episcopalis amoto impedimento & restitutis occupatis.

*In impedientes monialium aut mulierum
canonicarum secularium visitatores in suo
officio. CAP. XLIIII.*

*Visitatores monialium aut canonicorum
non sunt sub excommunicationis
pœna impediendi.*

SI quis visitatores monialium, aut mulierum quæ vulgò dicuntur canonicæ seculares, in præmissis seu aliquo præmissorum impedire præsumpserit, nisi monitus resipiscat: ipso facto excommunicationis sententiã se nouerit incursum: priuilegiis, statutis & consuetudinibus quibuscunque in contrarium non valituris, extra de stat. mona. attendentes. in Clem.

CAnonis istius materia est sacrilegium quo offenditur libertas Ecclesiastica in officio ecclesiasticæ visitationis. Et quò ad personas est vniuersalis. Quò

Excommunicatio. 215

ad actiones puniatur vna generalis actio scilicet præsumere impedire visitatores monialium, &c. in aliquo præmissorum quæ videre potes in fronte: quia non incurritur ipso facto, sed nisi monitus resipiscat. Et est Episcopalis.

In sepelientes in loco sacro hæreticos, credentes receptatores, vel fautores eorum.

CAPVT XLV.

Hæreticos in loco sacro sepeliens ipso facto excommunicantur.

Qvicunque hæreticos, credentes, receptatores vel fautores eorum scienter præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se noverint subiacere. Nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus extumulent publicè, & proiciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat sepultura. de hoc lib. vi.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo sacris locis iniuria fit sepeliendo ibi hæreticos. Et quò ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones, punit vnã, scilicet scienter tradere Ecclesiasticæ sepulturæ quatuor hominũ genera, scilicet vel hæreticos, vel eorum credentes, vel receptatores, vel fautores. Circa hũc canonẽ aduerte quod credentes hæreticorũ vocantur qui illis hæreticis ita adhærent, vt quãuis nesciat quid illi hæretici credant, deliberato tamen consensu credunt quod illi hæretici credunt seu docent, quantũcunq; cõtrarium teneat & doceat Ecclesia, ita quòd non inhærent illis, salua Ecclesiæ doctrina: sed plus credunt illis quàm Apostolicæ sedis definitionibus circa ea quæ sunt fidei. Et est Episcopalis, saluis tamen conditionibus in litera expressis.

216 Excommunicatio

In eos qui cœmeteriis tempore interditi, quoscumque in casibus non concessis, aut excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios, scienter sepelire præsumunt.

CAPVT XLVI.

Interdicti tempore terrâ sanctam indigni aperiens excommunicantur.

EOs qui propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora non sine contemptu clauium Ecclesiæ in cœmeteriis tempore interditi in casibus non concessis à iure, vel excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios scienter sepelire præsumunt: ipso facto excommunicationis sententię decernimus subiacere. A qua nullatenus absoluantur, nisi prius ad arbitrium diocæsani Episcopi, eis quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competetem. Extra de sepul. cap. i. in Clemens.

CAnonis istius materia est sacrilegium locale. Et est quò ad personas vniuersalis. Et vnâ tantum punit actionem (scilicet scienter sepelire) ad quatuor tamen terminatam: ita quod punitur hoc canone sacrilegium quadruplex: scilicet sepelientium quoscumque tempore interditi: nisi quatenus est à iure concessum, sepelientium publicè excommunicatos, sepelientium nominatim interdictos, & sepelientium manifestos vsurarios: si tamen in loco sacro sepeliantur: alioquin sacrilegium non esset. Not. hic primò, quod per publicè excommunicatos intelligimus eos quos nõ fictione iuris aut iudicis, sed secundum rei manifestationem & notitiam publicam patet esse excommunicatos: siue

ros: siue
qui sciam
manifesti
vt locus
rarios e
nec de
contra
vt sint
tertiò
sepelien
preher
(hoc e
person
Canon
canon
dantes
fauore
poenã
signifi
sepelie
nisi sci
nit C
chian
porta
rea E
sepeli
quan
quia
palis,
vt in

H
aut
sac

Excommunicatio: 117

ros: siue à iure, siue à iudice. Et non sufficit quod aliqui sciant pro certo illū excommunicatū: sed oportet manifestationem illius excommunicati esse publicam, ut locus sit huic poenæ. Nota secūdo, manifestos vsurarios eos appellari, qui non occultè vsuras exercent, nec de quibus vertitur in dubitū propter pallatos contractus: sed eos qui sic manifestè exercent vsuras, ut sint & habeantur manifestè pro vsurariis. Nota tertio quòd appellatione præsumentium sepelire, soli sepelientes de quibus verè dicitur, isti sepeliunt, comprehenduntur. Et licet communiter illi qui sepeliunt (hoc est humo vel tumulo immittunt cadauer) sint personæ minores in Ecclesia, non tamen propterea Canon iste ludibrio exponitur quoniam conditor canonis noluit extendere ipsum ad facientes aut mandantes sepeliri, nec ad dantes ad hoc consilium seu fauorem: sicut in multis canonibus fit. Quia igitur poenæ non sunt extendendæ, ita infra proprietatem significationis Canonis huius sicut in cæteris: & solos sepelientes ligari dicitur. Inò nec sepelientes ligantur, nisi scienter & præsumptuosè sepeliant: quia sic disponit Canon. Vnde si manifestum vsurarium parochianus ut poenitentem ad sepulturam Ecclesiasticam portandum leuari iubet verbo vel facto: & propterea Ecclesiasticæ personæ apud quas sepeliendus est, sepeliunt, putantes ipsum poenitentem, iuxta ca. quanquam. de vsuris. in vi. non incidit in canonem: quia non præsument scienter sepelire. Et est Episcopalis, præmissa satisfactione ad arbitrium dicecesani: ut in licera dicitur.

*In eos qui scienter in gradibus prohibitis,
aut eum monialibus, vel in religione aut
sacris constituti matrimonium contrahunt:*

218 Excommunicatio.

aut inter ipsos scienter huiusmodi matrimonia celebrant. CAP. XLVII.

Religiosi vel religiosa matrimoniū contrahentes excommunicationis vinculo innodantur similiter qui in gradibus prohibitis.

EOS qui diuino timore postposito scienter in gradu consanguinitatis vel affinitatis constitutione Canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, necnon religiosos, moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonium contrahentes, & inter eos scienter eadem celebrantes: ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subiacere. Clemens v. de consang. & affin. cap. i. in Clem.

CANONIS istius materia est sacrilegium pro maiori parte, & incestus pro aliqua parte: vtrunque autem in contractu matrimonii. Et quò ad personas pro quanto punit incestuosum contractum, est vniuersalis: quia ad omnes se extendit. Pro quanto verò sacrilegium punit matrimonium, est particularis, quatuor genera personarum comprehendens. Primò viros: secundò, religiosos: tertio, moniales: quarto, clericos in sacris constitutos ordinibus. Et demum iterum est vniuersalis, quatenus punit sacrilegam celebrationem. Quò ad actiones punit duas principales actiones. Prima est, contrahere matrimonialiter. Sed propter diuersas condiciones appositae & diuersos terminos, multiplicatur hæc actio in sex. Prima est, scienter contrahere in gradu prohibito, id est quarto, & infra consanguinitatis: secunda est, scienter contrahere in simili gradu affinitatis: tertia cōtrahere scienter cum moniali; quarta est, religiosum contrahere: quinta

quinta
tum in
actio
dictos
Primu
de scie
gitur e
guinea
tur co
lum in
huic p
verba
autem
falia se
qui ig
matri
pedim
bunt.
contra
catus
comm
coniu
cto, e
coniu
licet ig
in fol
bitu a
sent se
dit in
claud
tur ce
confu
auxili
lega
liter,

Excommunicatio. 219

quinta est monialem contrahere: sexta est, constitutum in sacris contrahere. Secunda verò, principalis actio est celebrare prohibita hæc matrimonia inter dictos contrahentes. Vbi sex occurrunt declaranda. Primum est, quòd quum dicitur scienter, intelligitur de scientia facti: ita quòd sola ignorantia facti intelligitur excusare, puta quia nesciebat illam esse consanguineam seu monialem. Secundum est quòd puniatur contractus matrimonii: ita quòd si sponsalia solum interuenirent: aut coitus tantum, non est locus huic pœnæ, sed oportet interuenire contractum per verba de præsentì implicitè vel explicitè. Interuenit autem implicitè duobus modis. Primò, si post sponsalia sequitur coitus affectu coniugali. Secundò si aliqui ignorantes, se esse consanguineos contrahant matrimonium & consumant, & postea scientes impedimentum, nihilominus affectu coniugali incumbunt. In utroque enim casu interuenit matrimonii contractus non solum præsumptus, sed verus, explicatus non per verba de præsentì, sed per corporum commixtionem: commixtio enim corporum affectu coniugali facta post sponsalia seu contractum de facto, explicatiua est sufficienter mutui consensus in coniugium. Vnde non minus sunt excõmunicati qui licet ignoranter contraxerint, scienter perseverant, non in solo concubitu, sed in coniugio (hoc est in concubitu affectu coniugali) quàm si à principio contraxissent scienter: concubitus enim affectu coniugali, claudit in contractum matrimonii plus, quàm contractus claudit in se sponsalia. Et ideo quum excommunicantur contrahentes, multo magis excommunicantur consummantes scienter. Tertium est, quòd dantes auxilium consilium vel fauorem ad huiusmodi sacrilega seu incestuosa matrimonia, licet peccent mortaliter, non tamen sunt excõmunicati: quia nõ veniunt

os

appellat

220 Excommunicatio.

appellatione contrahentium: quia non verè enun-
ciatur de aliquo eorum quòd contrahit: soli autem
contrahentes sunt excommunicati.

Quartum est, notare differentiam in litera posi-
tam, in hoc quod & monialis contrahens est excom-
municata, & cum moniali contrahens est excommu-
nicatus. Aliter autem est de religiosis & constitutis in
sacris. nam licet isti religiosi & cōstituti in sacris, con-
trahentes incurrant excommunicationē, mulieres ta-
men cum quibus contrahunt, non incurrunt excom-
municationem: vt litera insinuat, ex hoc ipso quòd
excommunicat seorsum contrahentes cum moniali-
bus, & seorsum ipsas moniales. Religiosos autē & cle-
ricos in sacris ordinibus constitutos ita excommuni-
cat, vt non excommunicet mulieres, cōtrahentes cum
ipsis. Quintum est, quòd vltra sex casus numeratos
in litera, quibus contrahendo coniugium incurritur
excommunicatio, apponitur in litera septimus, quo
celebrans scienter eadem damnata cōiugia inter eos-
dem, incurrit excommunicationem. Et intelligo per
celebrantem, Ecclesiasticam celebritatem adhiben-
tem huiusmodi damnatis contractibus. Nec huius-
modi celebritas exigit solennitatem aliquam, sed ad
eam sufficit sacerdotem celebrare matrimonium di-
cendo verba solita: puta, Placet tibi iste coniunx? pla-
cet tibi ista vxor? Ita quod celebritas ista constat, aut
si celebritas Ecclesiastica fiat, aut si sacerdos ex sacer-
dotali officio celebret contractum dicendo verbo,
vel quasi auctorizando interfit: contra cap. si. de
spon. cland. ad quod se refert Canō iste in calce. Sex-
tum est, quòd multis existentibus impedimentis ma-
rimonii impediētibz contrahendum, & dirimen-
tibz contractum, solis impedimentis hic enumeratis
excommunicatio hæc adhibita est: scilicet carnalis
cognationis (hoc est consanguinitatis & affinitatis)

&

Excommunicatio. 221

& voti solennis, siue per professionem, siue per sacrum ordinem. Reliqua ergo impedimēta ab excommunicatione restant exempti.

In simplices religiosos, qui decimas Ecclesis debitas usurpare præsumunt &c. nisi post requisitionem desistant à præmissis intra mensem, & damnificatis Ecclesiis emendam intra duos menses faciant.

CAPVT XLVIII.

Decimas usurpantes aut detinentes excommunicati censentur.

Religiosi quicumque qui noualium aut aliàs decimas Ecclesiis debitas ad se non spectantes appropriare sibi præsumperint, aut exquisitis fraudibus siue coloribus usurpare seu qui de animalibus familiarum & pastorum suorum vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscerunt, seu qui de animalibus quæ in fraudem ecclesiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt venditoribus, vel ab aliis ab ipsis tenenda, seu qui de terris quas tradunt aliis excolendas, decimas solui ecclesiis non permiserint, aut prohibuerint, nisi post requisitionem eorum per eos quorum intererit super hoc eis factam à præmissis destiterint intra mensem: aut si de iis quæ contra præmissa usurpare vel retinere præsumperint, intra duos menses damnificatis ecclesiis emendam non fecerint competentem, sint & tandiu maneat ab officiis, administrationibus & beneficiis suspensi, donec destiterint & satisfecerint: vt superius est expressum. Quòd si religiosi homini administrationes vel beneficia non habeant eo casu quo alii supra-
dicti

222 Excommunicatio.

dicti suspensionis, ipsi sententiam excommunicationis incurrant, ante satisfactionem condignam nullatenus absolventi privilegii non obstantibus quibuscunque. Cæterum præmissa extendi nolumus ad animalia quæ per religiosorum ipsorum donatos seu oblatos tenentur: dum tamen illi religiosi eisdem cum effectu donauerint, aut obtulerint se & sua. de deci. cap. religiosi. in Clemen.

Canonis istius materia est sacrilegium circa Ecclesiarum decimas. Et quò ad personas est particularis: quia personæ quæ excommunicationi subiiciuntur, sunt religiosi non habentes administrationes vel beneficia. Quò ad actiones verò aduertere, quod ante monitionem sunt quatuor scilicet appropriare, usurpare, non permittere, & prohibere. Post requisitionem verò sunt duæ. Prima est, non desistere à præmissis intra mensem. Secunda est non facere emendam dānicatis ecclesiis intra duos menses: ita quod religiosus carens beneficio &c. si aliquam dictarum actionum circa Ecclesiarum decimas fecerit, & requisitus aliquam duarum incurrerit, excommunicatus est: & non aliter. Et est Episcopalis, satisfactione præmissa.

In religiosos & clericos seculares, alios ut sepulturas apud suas Ecclesias eligant, vel iam electam ulterius non immutent, ad vouendum, iurandum, vel promittendum inducentes. CAP. XLIX.

Inducentes aliquem ad eligendum apud se sepulturam, vel ad hoc vouendum, vel promittendum: sententiam incurrunt excommunicationis.

Sane

Excommunicatio. 223

Sane temerarios violatores constitutionis illius, quæ religiosis & clericis secularibus prohibet, ne aliquod ad vouendum, iurandum vel fide interposita, seu aliàs promittendum inducant, ut sepulturas apud eorum Ecclesias eligant, vel iam electam ulterius non immutent similem sententiam (pœna indicta constitutione contenta in suo perdurante robore) incurere volumus ipso facto ab alio quàm à sede Apostolica (præterquàm in mortis articulo) nullatenus absolueudos: nullis priuilegiis aut statutis cuiuscunque tenoris existant: in contrarium super his valituris, extra de pœnis, cupientes. in Clemen.

Canonis istius materia est auaritia tollens libertatem sepulturæ. Et quò ad personas est particularis: utpote ligans solos religiosos & clericos seculares. Quò ad actiones, punit vnã actionem habentem tres terminos: scilicet inducere ad vouendum, iurandum, vel promittendum.

Vbi colligendo aduerte tres casus, in quibus ligat hic Canon. Primus est, si inducant ad vouendum: secundus, si ad iurandum: tertius si ad promittendum. Et hoc siue promissio sit nuda, siue fide interposita. Duo autem sunt quæ voueri, iurari, vel promitti prohibentur scilicet vel electio sepulturæ, vel electæ non mutatio apud inducentium religiosorum seu clericorum Ecclesias, ita quod in occurrendum hunc canonem requiritur primò quod agatur de sepultura apud inducentis ecclesiam. Secundò requiritur inductio ad bonum alterum promittendum, vouendum vel iurandum: Tertiò requiritur quod ista inductio sit cum opere subsequuto (hoc est quod inductus hoc voueat, iuret, vel promittat) quia huiusmodi pœna stricti iuris est, & effectum requirit. Quartò quod inducens sit religiosus vel clericus. Quintò, quod inueniat temeritas, propter verbum, sanè temerarios violatores.

violatores

224 Excommunicatio.

violatores : propter quod si ex ignorantia putans se bene facere religiosus seu clericus transgredereetur dictam constitutionem, non esset excommunicatus. Et similiter si exhortatur ad eligendam sepulturam in sua ecclesia, non tamen inducit ad vouendum, nec ad iurandum, nec ad promittendum, non est excommunicatus. Et est Papalis.

In religiosos de claustris ad audiendum leges vel physicam exeuntes, & intra duos menses ad claustrum non redeuntes : & in presbyteros ac alios clericos personatus habentes intra productum spatium ab huiusmodi audientia legum vel medicinae non desistentes. CAP. L.

Religiosi claustrum exeuntes, ut Physicam vel leges addiscant excommunicantur.

Contra religiosas personas de claustris exeuntes ad audiendum leges vel Physicam Alexander prædecessor noster olim statuit in concilio Taronen. ut nisi intra duorum mensium spatium redierint ad claustrum, sine excommunicati, & ab omnibus euentur, & in nulla causa (si patrocinium præstare voluerint) audiantur. Reuersi autem, in choro mensa capitulo, & cæteris locis ultimi fratres existant (& nisi fortè ex misericordia sedis Apostolicæ) totius spem promotionis amittant. Verum quia nonnulli ex talibus, propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliquid assumebant: nos volentes ut de cætero excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, directè præcipiendo mandamus, quatenus, tam à diocesanis & capitulis ipsorum, quàm à cæteris Episcopis in quorum diocesibus huiusmodi student, tales

excom.

Excommunicatio. 225

excommunicati, & prædictis pœnis obnoxii publicè nunciètur. Quia verò Theologiæ studium cupimus ampliari &c. ad Archidiaconos, plebanos, decanos, præpositos, cantores & alios clericos personatus habentes, nec non presbyteros, nisi ab his intra spatium præscriptum destiterint, hoc extendi volumus, & appellatione postposita firmiter obseruari. Hono. iiii. extra ne cle. vel mona. Super Specula.

Canonis istius materia est curiositas legum ciuiliū & medicinæ. Et quò ad personas est particularis: utpote ligans solos religiosos & quosdam clericos seculares. Quò ad actiones verò respectu religiosorum punit duas subordinatas: scilicet exire claustrum, & audire perseueranter: respectu verò clericorum secundam tantum. Vbi pro clariori intelligentia aduerte in hoc canone curiositatē Ecclesiasticorum circa leges ciuiles & medicinam punientes, tria genera personarum comprehendit. Primò religiosos. Secundò, clericos personatus habentes: quorum quinque species in litera explicantur. Tertiò, presbyteros. Actio autem propter quam isti incurrunt excommunicationem, est exire de claustrò ad audiendum leges vel Physicam, id est medicinam, & hoc per duos menses: ita quòd si aliquid horum trium in actione defuerit, non sunt religiosi excommunicati. Oportet siquidem exitum ex claustrò ad hoc ordinari, vel saltem durare, hoc est habitare extra claustrum, & auditionem interuenire, & perseuerare sic, ut intra duos menses non redeatur ad claustrum. Ex quibus apertè patet nullam esse quæstionem de religiosis eunibus ad honorandum medicum vel legistam principium facientem. Et similiter de audientibus hæc in claustrò: imò de audientibus hæc extra claustrum, sic quòd lectio quidem auditur extra claustrum, ipse tamen habitat in suo claustrò: quoniam isti quotidie redeunt ad clau-

clau-

226 Excommunicatio.

claustrum à lectione, & nunquam exeunt claustrum, vt habitent extra claustrum: in qua significatione textus accipit exire de claustro: vt patet ex hoc quò duorum mensū dat spatium redeundi ad claustrum, Hæc de religiosis.

Quò ad presbyteros verò & alios clericos personatus habentes, omnia suprascripta locum habent, nisi exitus de claustro, loco cuius non ponitur in litera exitus de domo, sicut loco reditus ad claustrum, ponitur desistere ab his, id est auditione legum vel physicæ intra prædictum spatium. Et propterea ad hoc vt clerici huiusmodi & presbyteri incurrant, non requiritur exitus de domo (vt scilicet ex propriis domibus vadant ad habitandum alibi propter hoc studiū) sicut in religiosis requirebatur dimissio claustrum: sed sufficit quòd audiant leges vel physicam ita quòd intra duos menses non desistant ab huiusmodi audientia. Aduerte quoque appellatione plebanorum non comprehendendi hoc in loco curatos qui parochiales obtinent Ecclesias, nisi Ecclesiæ illæ fuerint plebanicæ habentes sub se capellas, in quibus instituantur clerici perpetui: vt declarauit Bonifacius VI in vi. cap. statutum. ne Cle. vel monachi. Et scito quòd per alios clericos personatus habentes, intelligimus etiam illos qui ex quadam prærogatiua in Ecclesia honorificum statum habent, etiam sine iurisdictione. In cuius signum specificati sunt cantores. Et est Episcopalis.

In quoscunque communitatum potestates aut officiales, vsuras quibusdam statutis fauentes. CAP. LI.

Officiales statuta in fomentum vsuræ condentes excōmunicationis nodo vincuntur.
Quicumq;

Excommunicatio. 227

Quicunq; communicatum potestates, capitanei, rectores, consules, iudices, consiliarii, aut alii quicunque officiales, statuta huiusmodi de cetero facere, scribere, vel dictare, aut quod solvantur usurae, vel quod quum solutae repetuntur, non restituantur plenè ac liberè, scienter iudicare praesumpserint, sententiam excommunicationis incurrant. Eandem etiam sententiam incurrunt, nisi statuta huiusmodi hactenus edita de libris communitatum ipsarum (si super hoc potestatem habuerint) intra tres menses deleuerint: aut si ipsa statuta vel consuetudinis officium eorum habentes quoquomodo praesumpserint observare. Clemens v. de usur. in clement. i.

Canonis istius materia est usurarum conseruatio. Et quò ad personas est particularis ligans solos communitatum officiales, quorum sex species exprimit. Quò ad actiones verò punit sex actiones. Prime tres sunt facere, scribere vel dictare statuta huiusmodi, hoc est quae usuras exigunt & solui non solum concedunt, sed ad soluendum eas debitores scienter compellunt, ac repetitionem usurarum impediunt utendo variis coloribus & fraudibus &c. Quarta est inducere scienter alterum duorum, vel quod solvantur usurae, aut quod repetita non restituantur. Quinta est, non debere hactenus (hoc est tunc temporis) edita statuta si possunt &c. Sexta est observare quoquomodo statuta ipsa vel consuetudines vim statuti habentes. Et est Episcopalis.

In clericos minores Episcopis usurariam prauitatem in terris suis fouentes.

CAPVT LII.

Clerici Episcopis minores usuras in suis locis sustinentes excommunicati censentur.

P

H24

228 Excommunicatio.

HAc perpetua constitutione sancimus, vt nec col-
legium, nec alia vniuersitas vel singularis perso-
na, cuiuscunque sit dignitatis, conditionis aut status,
alienigenas & alios non oriundos de terris ipsorum
publicè foenebrem pecuniam exercentes aut exercere
volentes, ad hoc domos in terris suis conducere, vel
conductas habere, aut aliàs habitare permittant: sed
huiusmodi vsurarios manifestos, omnes intra tres
menses de terris suis expellant, nunquam aliquos ta-
les decætero admitturi: nemo illis ad foenus exercen-
dum domos locet, vel sub alio titulo quocunque
concedat. Qui verò contrà fecerint, si personæ fue-
rint Ecclesiasticæ, Patriarche, Archiepiscopi, Episcopi
suspensionis: minores verò personæ singulares excom-
municationis: si autem collegium seu alia vniuersitas,
interdicti sententiam ipso facto se nouerint incur-
sus. Quam si per mensem animo sustinuerint indura-
to, terræ ipsorum quamdiu in eis iidem vsurarii com-
morantur, ex tunc Ecclesiastico subiaceat interdicto.
Cæterùm si laici fuerint, per suos ordinarios, omni
cessante priuilegio, per censuram Ecclesiasticam com-
pellantur. de vsuris. cap. vsurarum. lib. vi.

CAnonis istius materia est vsurariæ prauitatis fo-
mentum. Et quò ad personas est particularis: li-
gans solos clericos minores Episcopis. Quò ad actio-
nes verò punit actiones quatuor. Prima est permit-
tere: secunda est, non expellere: tertia est, locare do-
mos: quarta est, quocunque alio titulo concedere do-
mos ad exercendum foenus. Vbi pro clariori intelli-
gentia nota quatuor casus, quibus incurritur hæc ex-
communicatio à clericis minoribus (vt dictum est)
Episcopis. Primus est, si alienigenas & alios nõ oriun-
dos de terra ipsorum, publice foenebrem pecuniam
exercentes, aut exercere volentes, permittant in terris
suis vel domos conducere, vel conductas habere, aut
aliàs

aliàs h
Secun
tra tr
non a
ad fo
conce
exerce

Vbi
buloru
genito
illos q
hæc cl
ra cor
fic est
non ce
tum a
quod
quia e
inter a
confor
nas: qu
dem e

No
sus ha
terræ
presè
bet cle
nem.
quod
statè h
alio ti

Ad
à titu
mo la
trans

Excommunicatio. 239

aliās habitare ad hoc, id est ad vsuram exercendum. Secundus est, si huiusmodi vsurarios manifestos, intra tres menses de terris suis non expellant, decem tero non admissuri. Tertius est, quod non locent eisdem ad fœnus exercendum domos. Quartus est, quod non concedant quocunque alio titulo eisdem domum ad exercendum fœnus.

Vbi nota, quod ad saluandam proprietatem vocabulorum & literarum, per alienigenas intelligimus alibi genitos & per alios non oriundos de terris ipsorum. Illos qui nec ipsi nec patres eorum orti sunt ibi. Et si hæc clausula non est superflua repetitio, videtur litera corrupta: & ubi dicitur alios, legendum est aliās. Et sic est clausura restrictiua alienigenarum, ita quod non comprehenditur omnes alibi geniti, sed illi tantum alibi geniti qui non sunt oriundi ex terra illa: ita quod Ioannes natus Romæ filius Petri Florentini, quia est oriundus ex Florentia non comprehenditur inter alienigenas, respectu Florentiæ. Et hic sensus consonat menti constitutionis, non ligantis indigenas: quoniam isti oriundi sunt sicut indigenæ: & eadem est ratio de vtrisque.

Nota tertio quod tam primus, quam secundus casus habet locum in clericis. duntaxat qui sunt domini terræ, unde in vtroque casu explicatur in litera expressè ly. in terris suis. In tertio verò & quarto quilibet clericus minor Episcopo incurrit excommunicationem. Et hæc distinctio rationabilis monstratur ex eo quod tam permittere, quam expellere, eius est qui potestatem habet, & non singularis personæ: locare aut, vel alio titulo concedere, singularis potest esse personæ.

Aduerte quarto quod appellatione alterius tituli à titulo locationis, venit manifestè pignoratium, commodatio, & depositum, & huiusmodi, in quibus non transfertur dominium. Et rationabiliter etiam venit

B 3

donat

230 Excommunicatio.

donatio seu venditio, si fiat ad hoc, hoc est ad exercendum foenus. Et est Episcopalis.

In eos qui urbis Romae dignitates seu officia usurpant. CAP. LIII.

Officia seu dignitates urbis Romae usurpantes excommunicatione premuntur.

Nullus imperator seu Rex Romanorum vel alius Imperator, Rex, princeps, marchio, dux, comes, aut baro, vel quicumque alterius notabilis potentiae, praeminentiae, potestatis & excellentiae seu dignitatis existat, frater, filius vel nepos eorum, ad tempus, vel in perpetuum seu quivis alius ultra annale spatium quovis modo, colore vel causa, per se vel aliam personam quomodolibet submittendam, in senatorem, capitaneum, patritium aut rectorem, vel ad urbis Romae regimen, seu officium nominetur, eligatur, seu aliam etiam assumatur absque licentia sedis Apostolicae speciali, per ipsius sedis literas concessionem licentiae huiusmodi specialiter exprimentes. Quod si secus factum fuerit, nominationem, electionem & assumptionem huiusmodi decernimus esse nullas. Et non solum nominatores, electores & assumptores, verum etiam nominati, electi & assumpti, si homini nominationi, electioni & assumptioni consenserint, aut se de ipsis quomodolibet intromiserint, intendentes & obedientes eisdem, & in hoc dantes ipsis nominatoribus, electoribus & assumptoribus, aut nominatis, electis vel assumptis auxilium, consilium, vel favorem, publicè vel occultè, cuiuscunque conditionis extiterint: ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Et infra. Contemptores quoque seu violatores alicuius praemissorum, ab huiusmodi excommunicationis sententia (praeterquam in mortis articulo)

Excommunicatio. 232

tulo) absolui non possint, nisi per Rom. Pontifi. vel de ipsius petita licentia & obtenta speciali, non obstantibus priuilegiis &c. De elec. cap. fundamenta. lib. vi.

CAnonis istius materia est vsurpacio dignitatum seu officiorum vrbis Romæ. Et quò ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones principales, punit sex actiones. Prima est nominare: secunda eligere: tertia, assumere: quarta, consentire nominationi, electioni seu assumptioni de se factæ: quinta: se de ipsis quomodolibet intromittere: sexta est, intendere & obedire eisde. Quò ad actiones verò accessorias ponit tres: auxiliari, consulere, fauere siue nominatis siue nominatoribus &c. Et omnes istæ actiones intelliguntur sine licentia Papæ in scriptis. Vbi pro clariori notitia aduerte quatuor genera personarum excōmunicari. Primò, nominatores electores seu assumptores. Secundò, nominatos, electos seu assumptos: tertio, intendentes & obedientes eis: quartò, dantes consiliū, auxilium vel fauorem. Et considera nominatos, electos seu assumptos distingui, diuersimode coërceri: nam Reges principes, barones, comites, eorum fratres & nepotes &c. excluduntur totaliter: quia tam ad tempus quàm in perpetuum nominari non possunt, alii verò quicumque excluduntur ab huiusmodi officiis non totaliter, sed vltra spatiū vnus anni: ita quod illi (hoc est principes, comites, & fratres ac nepotes eorum &c.) sunt excommunicati, si huiusmodi officiis se intromittunt: isti verò, hoc est quicumque alii non sunt excommunicati, nisi vltra annum se intromittant ad huiusmodi officia. Verùm Romani duo priuilegia ex fine eiusdem decretalis habent. Vnum est quòd excipiuntur à numero fratrum nepotumque principum: ita quòd Romani etiam si nepotes, seu fratres vel filii principum fuerint, possunt

232 Excommunicatio.

huiusmodi officia habere sicut alii quicumque, hoc est, non ultra unum annum. Secundum est quod excipiuntur à numero comitum seu baronum, si tamen comitatus, seu baronia non fuerit excellens, ut timeatur libertati: ita quod Romani etiam si fuerint comites paruo comitatu, possunt huiusmodi officia habere sicut quicumque alii: scilicet non ultra annum. Et est Episcopalis.

In dominum aliosq; rectores & officiales ciuitatis in qua Rom. Pont. electio celebranda est, sibi iniuncta diligēter nō adimplentes, aut fraudem in eis committentes.

CAPVT LIIII.

Mandata Papalia contemnentis, vel in eis fraudem committentes excommunicantur.

Sancimus ut dominus, aliique rectores & officiales ciuitatis illius in qua Rom. Pont. electio fuerit celebranda auctoritate nostra & eiusdem approbatione Concilii (scilicet Lugd.) potestate sibi tradita predicta omnia & singula plenè ac inuiolabiliter, & sine fraude & dolo aliquo faciant obseruari: nec Cardinales ultra quàm præmittitur arētare præsumāt. Super his autem taliter obseruandis, statim audito summi Pont. obitu coram clero & populo vniuersæ ciuitatis ipsius ad hoc specialiter conuocandis, præstent corporaliter iuramentum. Quod si præmissa diligenter non obseruauerint, aut fraudē in eis vel circa ea commiserint, cuiuscunque sint præminentia, conditionis aut status, omni cessante priuilegio, eo ipso sentēciam excommunicationis incurrant, & perpetuò sint infames &c. de elect. cap. vbi periculum, lib. vi.

Canonis

Excommunicatio. 233

Circa seruanda in negotio electionis Papæ. Et quod ad personas est particularis, ligans tria personarum genera: scilicet dominum, rectores, & officiales ciuitatis illius in qua Rom. Pont. electio est celebranda. Quod ad actiones verò punit duas. Prima est non seruare præmissa diligenter: secunda est committere fraudem in eis aut circa ea. Aduerte hic quod Clemens sextus modificauit aliter tria præmissorum in constitutione hac scilicet de velis inter medijs inter cubicula cardinalium, de cibo post octo dies, & de numero seruitorum. Concessit siquidem simplex velamen intermedium, & vnum ferculum semper, & duos seruitores: vt in bulla recitata in ceremoniali habetur. Sed cum his omnibus considerandum esse puto, an omnia præmissa in constitutione hac Greg. x. sic moderata, veniant tam arctè seruanda, vt cuiuscunq; omisso excommunicatos reddat dominum seu officiales. Quod ideo dixerim, quia de facto non sic seruatur quandoq; quod ad velaminis vnitatem propter frigus: neque quod ad numerum seruitorum, quia cardinales volunt tres. Et fortè excusantur ex vsu, si coæuus est memoriæ hominum, & à pluribus pontificibus sic electis non reprehensus. Et de seruando quidem ea quæ ad clausuram pertinent, & ea quæ post clausuram conclauis seruanda sunt, nescio, nisi ex altero dictorum capitum excusare, si non pienè seruent. De pluralitate autem seruitorum, & de tempore quo post elapsos dies decem conuenire debent, excusandos eos crediderim: quia totum collegium cardinalium decernit ex vsu vel abusu quot conclauistas quilibet habiturus sit. Et similiter tempus quandoque pro crastinat tali modo, vt difficile aut impossibile foret hodierno tempore eos compellere ad statim post dies decem ingrediendum conclauem.

234 Excommunicatio

ad quod tamen canon non ligat dominos & officiales, sed ad diligentiam suam adhibendam. Excusari praeterea videtur minor cura officialium in terris Ecclesiarum subiectis antequam praestent iuramentum in manibus cardinalium de seruandis praemissis, si ad hoc praestandum, non, nisi immediatè ante conclauè vocantur. Et est ratio excusationis, quia sunt subditi collegio Cardinalium. Et est Episcopalis.

In mittentes scripturam vel nuncium Cardinalibus in conclauè existentibus, vel alicui ipsorum secreta loquentes. CAP. LV.

Cardinalibus in conclauè existentibus litteras vel nuncium mittentes excommunicantur.

Nulli fas sit ipsis Cardinalibus vel ipsorum alicui (scilicet dum sunt in conclauè) nuncium mittere vel scripturam. Qui verò contra fecerit scripturam mittendo vel nuncium aut cum aliquo ipsorum secreta loquendo, ipso facto excommunicationis sententiam incurrat. extra de elec. cap. vbi periculum. lib. vi.

Canonis istius materia est occasio differendi vel turbandi electionem Rom. Pont. Et quò ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones verò ponit tres actiones. Prima est mittere scripturam: secunda est, mittere nuncium: tertia est, secreta loqui. Vbi duo nota. Primò, quod cano iste est vniuersalis ad omnes existentes extra conclauè duntaxat: qui enim sunt in conclauè, loquuntur secreta vt volunt. Secundò, quod intelligendo ipsum vt sonat, non requiritur ad missionem scripturae vel nuncii quod sit secreta, sed ad loquutionem tantum. Multi tamen doctores intelligunt oportere missionem etiam esse secretam ad hoc vt sit locus huic poenae. Et est Episcopalis.

Excommunicatio. 235

*In religiosos mendicantes, immoderate
habitacula acquirentes vel dimittentes.*

CAPVT LVI.

*Religiosi sumptuosa loca acquirere vel
eis constituta deserere sub anathe-
matis vincula prohibentur.*

Transgressores constitutionis quæ religiosis men-
dicantibus prohibet ad habitandum domos vel
loca quæcunque de nouo recipere, seu hactenus rece-
pta mutare, vel ea transferre in alios vsus, cuiusuis a-
lienationis titulo quocunque, excommunicationis
sententiæ decernimus subiacere. Bonifa. de exces.
cap. i. lib. vi.

Canonis istius materia est immoderata habitacu-
li acquisitio vel dimissio. Et quò ad personas, li-
gat solos religiosos mendicantes. Quò ad actiones
verò punit tres. Prima est, de nouo recipere: secunda,
recepta mutare: tertia illa transferre in alios vsus alie-
nando. Et referuntur omnes hæ actiones ad domos
seu loca ad inhabitandum per ipsos religiosos mendi-
cantes. vbi nota excommunicationem hanc in Cle-
positam cadere super transgressores constitutionis in
sexto positæ. cap. quæ ex eo. de exces. prælat. Vbi tres
supradictæ actiones, non nudæ sed affectæ præsum-
ptione inhibentur: ac per hoc transgressor constitu-
tionis non est, nisi præsumat aliquid horum facere,
& consequenter non est excommunicatus.

Aduerte quoque excipi in eodem vi. eos qui de li-
centia superiorum suorum habitacula in eremo ac-
quiruntur, aut mutant.

Notandū etiā est verbū ad inhabitandū: quoniam
ponitur ad differentiā domorum quæ acquiruntur ad
alios vsus: vt puta locandum, ad hospitandum &c.

236 Excommunicatio.

Per nouas quoq; domos seu loca intellige domos seu loca in sua integritate. Et hoc ad differentiam domorum quæ acquiruntur de nouo ad augmentanda prohibita loca: hoc enim non prohibetur: ita quod etiam si vnum palatium magnum acquireretur de nouo ad augendum conuentum, non est locus huic poena: quia non dicuntur acquirere ad inhabitandum noua loca integra seu tota, sed augere antiqua loca. Et quia nihil superfluum lex continet, ideo quod ad mutanda loca comprehenduntur tantum loca olim accepta ante factam cõstitutionem, propter verbum hætenus seu hucusque: ita quod si mutarentur loca post legem factam accepta, non esset locus poenæ irrogatæ contra actum mutandi. Et est Episcopalis.

In scienter communicantes in crimine criminoso cum nominatim excommunicato, ei consilium impendendo, auxilium vel fauorem. CAP. LVII.

Communicans scienter cum nominatim excommunicato excommunicationis pondus sibi inducit.

SI quis nominatim excommunicato scienter communicat in crimine criminoso, ei cõsilium impendendo, auxilium, vel fauorem, quum ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnatus ab eo vel eius superiore merito delicti erit absolutio requirenda. Et infra. Verum si difficile sit ex aliqua iusta causa quod ad ipsum excommunicatorem absoluentis accedat, concedimus indulgentiam, vt præfita iuxta formam Ecclesiæ cautione quod excommunicatoris mandato parebit, à suo absoluetur Episcopo vel proprio sacerdote, Innoc. III. de sententiis

Excommunicatio. 273

Sententia excommunicationis nuper.

Canonis istius materia est sacrilegium, quo Ecclesie claves in excommunicato offenduntur. Et quod ad personas est vniuersalis. Quod ad actiones, punit vnā scilicet scienter comicare in crimine criminoso aliquo trium modorum (scilicet cōsiliando) vel auxiliando, vel fauendo cum excommunicato. Circa materiam huius canonis aduerte dupliciter contingere participare in crimine excommunicationis subiecto. Primò cooperantur ad illum criminis actū per quem incurrit primò alter excommunicationis sententiam: vt si aliquis cooperetur ad hoc quod religiosus temere habitum dimittat, aut quod contrahat matrimonium, aut aliquid aliud propter quod religiosus ille incurret excommunicationē. Et hoc modo non incurritur excommunicatio maior communicando in crimine, regulariter loquendo, ratione participii seu communionis, quia non communicatur excommunicato: quoniam non est adhuc excommunicatus quando interuenit huiusmodi cooperatio. Dixi autem regulariter, propter tres casus exceptos. Primus est, si excommunicatio esset lata in aliquem qui cum participibus suis vinculo excommunicationis subiiceretur, tunc enim participantes, sententiam maioris excommunicationis incurrunt: vt patet in cap. quod in dubii. de sent. excom. Secunda est, quando excommunicatio fertur non solum in facientē, sed & in eos qui dant auxilium, consilium vel fauorem: vt in multis casibus inuenitur expressum. Tertius est, in casu tantus violentæ in clericum: quoniam casus ille extenditur ad omnes cooperantes: vt supra patet. Alio modo participatur in crimine excommunicationi subiecto, postquam aliter incurrit iam propter crimen illud excommunicationem impendendo ei ad illud auxiliū, consiliū vel fauorem. Et sic communicando

238 Excommunicatio.

in crimine criminoso excommunicato, incurritur excommunicatio maior. Et hoc tam si ille cui sic communicatur, est ab homine nominatim excommunicatus (vt in hoc canone habes) quam si à iure vel à iudice est generaliter excommunicatus: vt habes cap. si concubinæ. de sentent. excommunic.

Aduerte quoque quod iste canon recitatus supponit participantem excommunicatum, & circa absolutionem principaliter versatur: volens quòd ad iudicem excommunicatorem recurrat participans quantumcunq; non subditus. Et hoc ratione delicti: vt in litera dicitur. Et dixit hoc: quia regulariter ab excommunicatione iuris (qualis supponitur excommunicatio còtra participantem) potest Episcopus absolvere, si conditor canonis non reseruauit absolutionem.

In clericos quos scienter & spontè participanti tum nominatim excommunicati à Papa & ipsos in officio recipiunt.

CAPVT LVIII.

Clerici excommunicatum scienter in suis negotiis vel officiis recipientes excommunicantur.

Clericos qui scienter & spontè participauerint cum excommunicatis à nobis, & ipsos in officio receperint, eadem excommunicationis sententia cum ipsis non dubitamus inuolui: quos etiam pro absolutionis beneficio habendo ad nos volumus remitti. Clemen. iii. de sentent. excommun. cap. significauit.

Canonis istius materia est sacrilegiū, quo excommunicatus à Papa recipitur ad diuina. Et quò ad personas est particularis, quia ligat solos clericos.

Quò

Quò ad
et recipi
requiri:
autem v
clericos
quia cop
in officio
tanda su
cipatio
quod so
clericus
lo, excom
ter & sp
nis cum
hoc faci
metus c
metus c
rentur c
fit excom
litera.
quòd si
lenter a
munica
omnes
general
quod c
tam à i
liter ex
nem m
mittitu

In
ad he
mille

Excommunicatio. 239

Quò ad actiones verò, punit unicam actionem: scilicet recipere ad diuina. Vbi aduerte sex conditiones requiri: quarum quinque habentur ex textu: sextam autem vltus apponit. Prima est, quòd respicit solos clericos. Secunda, quòd fit participatio in diuinis: quia copulatiuè ponitur in litera participauerunt, & in officio receperunt. Imò si verba propriè interpretanda sunt non sufficit qualiscunque in diuinis participatio, sed requiritur participatio receptatiua: ita quòd soli clerici qui recipiuntur ad diuina, nò autem clericus ille qui interesset ibi tanquam vnus de populo, excommunicantur. Tertia aut quarta, quòd scienter & sponte: hoc est quòd sciat se participare in diuinis cum excommunicatis à Papa, & nec vi, nec metu hoc faciat, alioquin non sponte fieret. Nec exigitur metus cadens in constantem virum, sed quicunque metus contrariatur ad sponte, sufficit vt verba operentur quòd significant. Quinta conditio est quòd fit excommunicatio à Papa. Et hæ omnes patent in litera. Sexta autem ex rationabili vsu accepta, est quòd fit excommunicatus nominatim, vel æquiualentè ad nominatim: alioquin quum omnes excommunicationes in iure positæ sint à Papa: & similiter omnes excommunicationes quæ in cœna Domini generaliter promulgantur, sint à Papa: sequeretur quòd clerici recipientes ad diuina scienter & sponte tam à iure communi quàm in cœna domini generaliter excommunicatos incurrerent excommunicationem maiorem Papæ reseruatam: quòd à nullo admittitur. Et est Papalis.

*In fictionem seu fraudem committens,
ad hoc vt iudex personaliter vadat ad
mulierem pro testimonio.*

C A-

240 Excommunicatio.
CAPVT LIX.

*Fraudem committens quatenus iudex
pro testimonio mulierem adeat
personaliter excommunicacionem meretur.*

Casus huiusmodi (videlicet vt iudex vadat personaliter ad mulierem pro testimonio) non fingatur, nec fraus interueniat in hac parte: alioquin fictor huiusmodi vel fraudator ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. De iudic. cap. mulieres. in vi.

Canonis istius materia est insidiari pudicitie mulierum. Et quò ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones verò, punit duas actiones. Prima est, fingere casum: secunda est, fraudem committere. Vbi not. quod duo ad hanc censuram incurrendam requiruntur. Primò, quod fictio seu fraus fiat ad hoc vt iudex personaliter vadat ad mulierem pro testimonio. Secundò, quod sequatur effectus: vt talis poena referatur ad opus sequutum, quod canon vitare intendit. Et quia opus subsequutum ponitur duplex (Primum, quod subsequitur, si nullum adsit impedimentum: & hoc est iudicem ire personaliter ad mulierem pro testimonio: alterum, quod interueniente impedimento sequitur, & est mittere ad eas pro testimonio) quantum ex litera apparet, nisi sequatur effectus primus, scilicet quod iudex vadat personaliter, nam videtur habere locum excommunicatio ista: quia mittere ad mulierem pro testimonio, superius in hoc eodem canone concessum est: & ire personaliter, reperitur quum fertur sententia hæc. Et est Episcopalis.

In

Excommunicatio. 242

In partem procurantem vel quod de aliis quam de manifestis iniuriis seu violentiis conseruatores se intromittant, vel quod ad ea quae iudicalem indaginem exigunt, suam extendant potestatem.

CAPVT LX.

Vsurpacio iudicialis vexationis per conseruatores, multam meretur excommunicationis.

Decernimus, vt si conseruatores de aliis quam de manifestis iniuriis & violentiis scienter se intromiserint, seu ad alia, quae iudicalem indaginem exigunt, suam extenderint potestatem, ecipso per vnum annum ab officio sint suspensi: pars vero quae hoc fieri procurabit: sententiam excommunicationis incurrat. A qua non possit absolui, nisi ei quem sic fatigauit indebitè, primis satisfaciat integraliter de expensis. extra de offi. de leg. hac constitutione. lib. vi.

Canonis istius materia est vsurpata iudicialis vexatio per conseruatores. Et quò ad personas est particularis, nam ligat solùm partem: hoc est illa quae est pars huiusmodi vexatione. Quò ad actiones, punit vnam actionem, scilicet procurare alterum duorum, vel quò de aliis quam de manifestis iniuriis seu violentiis se conseruatores intromittant: vel quò ad ea quae iudicalem indaginem exigunt, suam extendant potestatem. Vbi not. quod haec poena habet locum duntaxat in purè conseruatoribus, qui à sede Apostolica conceduntur vt à manifestis iniuriis & violentiis tueantur: vt in principio huius canonis textus dicit. Vnde si dentur conseruatores ad tutelam ab omnibus siue manifestis siue immanifestis iniuriis.

iniuriis.

242 Excommunicatio.

iuriis, non habet locum hæc pœna. Et quia sola pars ligatur, si alii qui non sunt partes, hæc procurarent, non inciderent. Et quia procuratio ista debet esse consummata ad effectum subsequutum (vt patet ex eo quod absolui prohibetur, nisi satisfecerit læsæ parti in expensis) ideo si quis procuraret, & conseruator non excluderet procuratorem vexando alteram partem, non incurreretur excommunicatio. Et est Episcopalis satisfactione præmissa.

In religiosis temere habitum suum dimittentes, vel ad quæuis studia sine debita licentia accedentes & in doctores, qui religiosos, habitu suo dimisso leges vel physicam audientes, scienter docere, aut in scholis suis retinere præsumunt. CAP. LX.

Religiosus temerè suæ religionis habitum dimittens, vel mutans, excommunicatus habetur.

VT periculosa religiosis euagandi materia subtrahatur, districtius inhibemus, ne decætero aliquis quamcunq; religionem tacitè vel expressè professus, in scholis, vel alibi temerè habitum suæ religionis dimittat: nec accedat ad quæuis studia literarum, nisi à suo Prælato cum consilio sui conuentus, vel maioris partis eiusdem, sibi eundi ad studium licentia primitus sit cōcessa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit, excommunicationis, sententiam incurrat ipso facto. Doctores quoque siue magistri qui religiosos, habitu suo dimisso, leges vel physicam audientes scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint retinere, simili eo ipso sint sententia innodati, ne clerici vel monachi, vt periculosa. lib. vi.

Canonis

Excommunicatio. 243

Canonis istius materia est multiplex. Primò immoderatio habitus: secundo, curiositas gymnasiorum, tertio, fomentum vtriusque. Et quò ad personas est particularis, ligans solos religiosos & doctores. Quò ad actiones verò punit actiones tres, in prima materia dimissionem habitus: in secunda, accedere ad quævis studia: in tertia, retinere in scholis suis.

Et pro primo quidem casu nota primò quòd dimittere habitum suæ religionis contingit dupliciter. Primò totaliter: & sic nunquam voluntariè dimittitur, nisi vel apostatando. Et sic manifestè incurrit hunc canonem: quia temere dimittit. Vel transeundo ad aliam religionem: & sic etiam si irrationabiliter transeat, non temere tamen dimittit suæ religionis habitum: quia non est amplius habitus suæ religionis. Secundo ad tempus. Et sic ad incurrendum hunc canonem duæ conditiones requiruntur. Primò, quòd dimittatur habitus religionis suæ: secundo, quòd dimissio fiat temerè. Et videtur posse addi tertium, quòd dimissio sit materia vagandi: quia hoc pro ratione Canonis in textu assignatur. Et dimissio quidem dupliciter inueniri potest vel totaliter non habendo habitum, vel non habendo in superioribus. Et si totaliter non habetur, nulla est ambiguitas. Si verò absconditus portetur habitus, varia est doctorum opinio. Mihi autem videtur considerata qualitas occultationis, & distinguendum inter habitum sic occultatum, vt reputetur communiter à conseruatoribus eum eo qui eum aliter non nouerunt non religiosus. Et sic incurret hunc canonem: quia licet non dimittat materialiter vestem quæ est habitus: dimittit tamen formaliter habitum suæ religionis: quia dimittit ipsum habitum quo discerni potest & cognoscitur vt religiosus talis religionis. Et confirmatur hoc ex

¶ sextus

244 Excommunicatio.

textu tum quia occultatus omnino habitus non subtrahit materiam vagandi, ex quo sic incedit superius ut non religiosus: tum quia nullus doctor videns religiosum sine habitu in superioribus esset certus quod religiosus dimisisset habitum: quoniam relinquere tur ambiguum, an dimisisset subitus: quum tamen textus excommunicet doctorem admittendum religiosum sine habitu, &c. Vel habitum sic occultatum, ut tamen à conuersantibus, quamuis non per omnibus prætereuntibus, videatur quod religiosus est talis religionis. Et sic non incurret hunc canonem: quia nec materialiter nec formaliter suæ religionis habitum dimittit ex toto: quamuis secundum quid aliquando dimittit dici possit. Et ex his sequitur primò quòd dimittens temerè suæ religionis habitum ad tempus, excommunicatus est: quia verè ac temerè dimittit. Et hoc significat litera per illud verbum, in scholis vel alibi, ex hoc enim significatur quod non requiritur Apostolica dimissio. nam scholæ non sunt perpetuæ, sed ad tempus. Sequitur secundo quòd si religiosus non transeundo ad aliam religionem habitum alterius religionis assumat, suum temerè dimittendo, excommunicatus est: alioquin frustra poneretur illud pronomen suæ. Sequitur tertio quòd dimittens habitum ad horam ex leuitate, vel etiam per totum diem domesticè manendo, non est excommunicatus: tum quia propriè loquendo non est temeraria dimissio: tum quia cessat legis ratio expressa de materia euagationis. Pro secundo autem casu not. duo. Primum est, plus exigi ad licentiam eundi ad studià quàm eundi ad alia quamuis diuturnior negotia: quoniam sic iure disponēs non sufficit licentia Prælati, sed requiritur consilium capituli ad licentiam eundi ad studium quodcunque, etiam Theologiæ, ad alia autem Prælati licentia sufficere videtur: & saltem

hoc

Excommunicatio. 245

hoc est verum, quòd etiam si sine licentia fiant, non habet locum huius canonis sententia. Et mouit forte conditorem canonis, frequens ac pronus religiosorum animus ex hac honesta occasione exempli ad manendum extra claustrum. Secundum est, quòd canon iste non habet locum in religiosis accedentibus ad alia loca religionis suæ ubi est studium: quia non accedunt propriè ad studia ipsa (hoc est ad manendum in studiis quæ extra claustra esse supponuntur) sed de claustro migrant ad claustrum, ubi commoditatem habent studendi. Similiter non habet locum in religiosis, quorum licentia morandi extra claustrum non pendet à Prælato sui conuentus, sed à superiori Prælato: ut in religionibus mendicantium contingere videtur: in quibus si sola licentia supremi Prælati aut prouincialis consuevit sufficere ad manendum extra claustrum tam in studiis, quàm alibi, locum non habet sententia ista. Et potest hoc accipi ex textu, dum loquitur de religiosis quorum introitus & exitus solitur est pendere à Prælato sui conuentus, per hoc enim discernuntur ab eis religiosis quorum introitus & exitus à superioribus consuevit disponit ita quòd nulla videtur in Prælato sui conuentus & illius capitulo autoritas remansisse circa religiosum illum nisi quum est in conuentu illo. Ac si contendat quis circa rigorem iuris, aduertat saltem ex consuetudine tales excusari: quum simplici corde iuxta morem suæ religionis actus suos disponant.

Quò ad tertium demum casum, hoc solum aduertendum cenfeo, quòd quatuor requiruntur conditiones ad hoc quòd incurratur. Duæ ex parte religiosorum (scilicet quod audiant leges, vel physicã, id est medicinã, & quod dimisso habitu) & duæ ex parte doctoris scilicet quod sciectet & præsumptuosè doceat seu moneat tales religiosos. Et est Episcopalis.

Q 3

In

246 Excommunicatio.

In simplices monachos & canonicos regulares ad curias principum se conferentes, ut damnum a'iquod inferant suis praelatis aut monasterio. CAP. LXII.

Religiosi principum curias ob sui status vel religionis persecutionem insequentes excommunicationis cetera tenentur.

Hoc dicto perpetuo prohibemus, ne monachi aut regulares canonici ad administrationem aliquam non habentes curias ad principum absque speciali Praetatorum suorum licentia se conferant. Quod si ut damnum aliquod inferant suis praelatis aut monasterio, se conferre praesumpserint, excommunicationis sententiam eos incurrere volumus ipso facto. Praetatis eorum districtè nihilominus iniungentes, ut ipsos à curiarum praedictarum accessu, & aliis quibuslibet vagationibus & discursu diligenter compescere, aut super hoc non parentes eisdem, seuerè corrigere non omittant. extra. de stat. mon. cap. ne in agro. in Clem.

Canonis istius materia est sacrilegium, contra monasterium aut Praetatum. Et quò ad personas est particularis, ligans solos monachos & canonicos regulares, non omnes, sed administrationem non habentes. Quò ad actiones verò punit vnum actum exteriorem affectu vnica intentione interiori. Actus exterior est conferre se ad curias principum: intentio interior est animus damnificandi monasterium vel praetatum. An autem actus ille exterior requirat aliam conditionem, scilicet quod fuerit absque speciali licentia sui Praetati, glossa putat quòd non, quia non
reperitur.

Excommunicatio. 247

reperitur. Et certè si textus bene distinguatur, duæ sunt inhibitiones. Vna, in qua prohibetur ire ad curias principum sine speciali de hoc licentia absque excommunicatione. Secunda verò est ipsa excommunicationis sententia absque repetitione licentiæ habitæ vel non habitæ. Et propterea videtur solum substantiuum qualificatum subintelligi repetitum. s. monachi aut regulares canonici, non habentes administrationem. Et si pro quia hoc ad verum, non requiritur ad incuriendum hanc excommunicationem, quod sine licentia speciali Prælatorum ad principum curias se conferant. Et est Episcopalis.

In monachos intra septa monasterij sine licentia Abbatum suorum arma tenentes.

CAP. LXIII.

Monachi in suis claustris absque Abbatis licentia arma tenentes excommunicantur.

Præfatæ quoque sententiæ monachos intra septa monasterii sine licentia Abbatum suorum arma tenentes, decernimus subiacere. extra de statu mon. cap. ne in agro. in Clem.

Canonis istius materia est habere instrumenta Cruxarum. Et quò ad personas est particularis, ligans solos monachos. Quò ad actiones verò vnicam punit. s. tenere arma duabus adiunctis circumstantiis. Altera loci. s. intra septa monasterii. Altera licentiæ. s. sine licentia Abbatis. Et intelligitur tam de armis defensiuis quàm offensiuis. Nec vocatur tenere arma sine licentia Abbatis, qui ex oblivione aut ex ignorantia iuris nullo malo animo arma aliqua etiam in cella haberet: quia formaliter loquendo, talis non tenet sine licentia: quia non inten-

248 Excommunicatio

cione tenet sine licentia id ad quod si sciret requiri licentiam, nullo pacto teneret: sed tantum materialiter tenet sine licentia. Poenę autem huiusmodi non tunc extendendę, sed restringendę. Et est Episcopalis.

In religiosos parochiale officium circa extremam unctionem, Eucharistiam, matrimonium, & absolutionem usurpantes.

CAPVT LXIIII.

Officij parochialis usurpationis excommunicationis poenam meretur.

Religiosi qui clericis aut laicis sacramentum unctionis extremę vel Eucharistię ministrare, vel matrimonium solennizare, nō habita super his parochialis presbyteri licentia aut quēquā excommunicationem à canone (pręterquā in casibus à iure expressis, vel per priuilegia sedis Apostolicę concessis eisdē) vel à sententijs per provincialia aut synodalia promulgatis, seu si à culpa & poena absoluerē quēquā pręsumpserint excommunicationis sententiam incurrāt ipso facto à sede Apostolica duntaxat absoluedi, extra de priuilegijs. cap. religiosi. in Clem.

Canonis istius materia est usurpationis parochialis officij. Et quō ad personas est particularis: ligas enim solos religiosos. Quō ad actiones verō pñnt sex actiones: tres circa sacramenta tria: scilicet extremā unctionē, Eucharistiam, & matrimoniū. Et tres circa absolutionē: scilicet excommunicatorū à canone, excommunicatorum à statutis provincialibus vel synodalibus, & absoluerē à poena & culpa. Nota primò, quōd hi actus excommunicationi subiiciuntur quatenus affectu sunt pręsumptione: alioquin frustra appositum esset verbum pręsumpserint. Et hinc habes quod si quis religiosus ex ignorantia vel sub rati-

habitus

Excommunicatio. 249

habitionis spe aliquid horum faceret, non incurreret excommunicationem: quia in veritate non præsumeret. Nota secundò, quod si quis religiosus communicet alium religiosum exemptum, non est locus huic poenæ. Quod ex duobus patet: tum quia hæc constitutio directè in fauorem parochialem presbyterorum facta est, quibus nihil in hoc casu derogatur: tñ quia etiã in verbis stando, nullus est parochialis presbyter à quo licentia sit petenda, quoniã religiosi exempti non subsunt parochialibus presbyteris, sed suis prioribus, Abbatibus &c. quos constat non venire appellatione parochialium presbyterorum. Nota rursus quòd licet appellatione parochialis presbyteri non veniat cõmmuniter Episcopus: consuetudo tamen (quæ est optima legum interpret) in hoc casu admittit tam Episcopum quàm etiam Vicariũ eius, & Vicarium parochialis presbyteri posse dare licentiam hanc: sicut etiam admittit parochialem qui non esset presbyter, posse dare hanc licentiã. Nec est opus quòd licentia hæc ita sit specialis, vt oporteat scrupulum habere ex omiſſa aliqua dearticulatione: sed sufficit quod ita sit specialis, quòd æquiualeat speciali. Et hoc semper est quandocunque ex verbis licentiæ communiter intelligitur concedentẽ dare hanc licentiam, etiã si non nominarentur hæc sacramenta in specie. Nota demum quod absoluere à poena & à culpa hic excõmunicatũ, nihil aliud est quã id quod vulgò dicitur. Quòd in veritate importat plus quã indulgentiã plenariã. Importat enim quod reddat hominem mundũ ab omni culpa & sine debito alicuius poenæ: quod est lögè plus quã indulgentia plenaria. Et propterea merito tales præsumptuosi excõmunicantur, si aliquẽ quẽcunq; sic absoluerint. Cũ his tamẽ stat, quod ex simpliciter absolutione confessoris, excellenter contritus ac confessus consequatur à Deo

Q 4

absol.

250 Excommunicatio.

absolutionem à poena & à culpa. Et est Papalis.

In religiosos qui in suis sermonibus vel alibi aliqua proferunt, ut audientes à solutione decimarum Ecclesiis debitarum retrahant. CAP. LXV.

Debitorum decimarum ab earum solutione trahentes excommunicantur.

Religiosos, qui aliqua ut audientes à decimarum Ecclesiis debitarum solutione retrahant, in suis sermonibus vel alibi proferre præsumunt, excommunicationis sententiæ subiaccere decernimus ipso facto, extra de poenis, cupientes. lib. vi.

Canonis huius materia est nequitia sacrilega retrahens debitores à solutione decimarum. Et quò ad personas est particularis utpote ligans solos religiosos. Quò ad actiones punit vnam actionem. scilicet proferre aliqua ut audientes retrahant à solutione decimarum Ecclesiis debitarum, ubi aduerte tres conditiones oportere concurrere ad hoc, ut quis per sua verba incurrat hanc sententiã. Prima ex parte rei ut flagatur de decimis Ecclesiis debetis. Secunda ex parte intentionis: ut scilicet intentio dicentis sit ad hoc ut retrahat audientes ab huiusmodi solutione. Tertia, ut sit religiosus. Et est episcopalis.

In religiosos qui ab officio prædicationis, quia confitentibus de soluendis decimis scienter conscientiam facere neglexerunt suspensi, dicta negligẽtia nõ purgata prædicare præsumunt. CAP. LXVI.

Prædicat. res ob officio prædicationis ob negligentiam

Excommunicatio. 251

gligentiam, in confessionibus respectu decimarum solutionum commissam suspensi excommunicantur, si negligentia non purgata prædictis officium reassumpserint.

Religiosi, qui scienter postposuerint conscientiam facere de soluendis decimis Ecclesie debitis, ab officio prædicationis tandiu maneat ipso facto suspensi donec conscientibus ipsis (si hoc ipsum eis dicendi commodè facultatem habuerint) conscientiam fecerint: excommunicationis incursum sententiã ipso facto, si prædicare præsumpserint prædicta negligentia, ut præmittitur, non purgata. Ad religiosos tamen monasteriorum, vel Ecclesiarum decimas percipientes nolumus hoc extendi, extra de poenitent. cupientes. in Clemen.

Canonis istius materia est sacrilegium negligentie primæ, primò circa debitas Eccle. decimas, & præsumptæ postea prædicationis. Et quò ad personas est particularis, ligans solos religiosos. Quò ad actiones punit simul tres succedentes actiones. Vbi pro clariori intelligentia nota diligenter verba totius Decretalis, cuius hæc excommunicatio pars est & perspicere oportere ad hoc quod excommunicatio hæc incurratur, ultra hoc quod persona sit religiosa, concurrere res actus. Primus est negligere, facere, conscientiam conscientibus sibi de soluendis Ecclesiis decimis. Et hæc in curia modificatur in litera quod oportet quod interueniat scienter. Secundus est negligere post prædictam negligentiam eisdem facere conscientiam de dicto debito. & iste modificatur in litera, si hoc ipsum. s. eis dicendi comodè, facultatè habuerint. Tertius est, si durante hac secunda negligentia

(quam

252 Excommunicatio.

(quam comitatur ex litera suspensio ab officio prædicationis) præsumeret prædicare. Et hæc manifesta ex plano sensu literæ habetur. De quarto autem actu, quod. s. oportet huiusmodi religiosos esse prærequisitos, fateor me non videre quò ad hanc negligentiam de qua loquitur circa audientiam confessionum: quoniam actus requisitionis in litera circa actum prædicationis in certis festiuitatibus apponitur, secundum planum literæ contextum. Et propterea si religiosus confessor non prædicet, nunquam incurreret istam sententiam: quia pœnæ non sunt extendendæ ultra casus suos. Memento demum exceptionis in calce Decretorum positæ: scilicet quòd excipiuntur religiosi monasteriorum & rectores Ecclesiarum quibus debentur decimæ. Et est Episcopalis.

In religiosos interdictum quod seruat matris Ecclesie non seruantes.

CAPVT LXVII.

Interdictum matricis Ecclesie non seruantes excommunicationis vinculo obligantur.

Circa interdictorum obseruantiam generalium auctoritate sedis Apostolicæ vel à locorum ordinariis positorum, de fratrum nostrorum consilio districtè præcipiendo mandamus, quatenus religiosi quicumque tam exempti, quàm non exempti, cuiuscunque ordinis & conditionis existant, quam cathedralem vel matricem seu parochialem loci Ecclesiam illa viderint aut sciuerint obseruare (non obstantibus quibuscunque appellationibus antea etiam ad eandem sedem vel aliud seu alios interiectis, & aliis obiectionibus quibuscunque) absque dolo & fraude, cum moderatione tamen Decretalis, alma, inuiso

Excommunicatio. 253

inviolabiliter ea obseruent. Alioquin non seruantes, excommunicationis sententiæ hoc ipso volumus subiacere. Quod etiam in interdictis & in cessationibus à diuinis interdictis per prouincialium conciliorum statuta, vel ipsorum autoritate volumus obseruari. In cessationibus verò generalibus à diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum quas aliquando ex consuetudine vel aliàs capitula, collegia vel conuentus secularium aut regularium Ecclesiarum sibi vendicant, idem intelligimus obseruandum. Ipsi verò sint attenti, ut statuta Romanorum Pontific. prædecessorum nostrorum super his edita diligenter obseruent. Porro sanctionem hanc adpendentia trahimus non obstantibus priuilegiis, &c. de sentent. excommunic. cap. Ex frequenibus. in Clement.

CAnonis istius materia est sacrilegium in non seruando interdictum. Et quò ad personas est particularis, ligans solos religiosos. Quò ad actiones verò punit vnã: scilicet non seruare interdictum seu cessationem à diuinis quod seruat matrix Ecclesia, &c. Vbi nota conditiones in litera positas. Et primò ex parte interdicti seu cessationis à diuinis, quòd sit localis ac generalis: hoc est quòd tota illa ciuitas seu terra, aut villa sit interdicta, seu cessare debeat à diuinis. Secundo, ex parte autoritatis: & ponitur quadruplex. Primò, si autoritate sedis Apostolicæ. Vbi nota quòd non dicit, si à Papa, sed si autoritate sedis Apostolicæ, comprehendit enim interdictum impositum à iudicibus delegatis Apostolicis: quia autoritate Apostolica imponunt interdicta tales iudices. Secundo, si ab ordinariis locorum. Tertio, si per prouincialium conciliorum statuta, vel ipsorum autoritate. Quarto, si per conuentus, capitula, vel collegia regularitee
vel

254 Excommunicatio.

vel secularia ex consuetudine vel aliàs habentia hanc potestatem.

Tertiò ex parte effectus, quod huiusmodi interdictum seu cessatio à diuinis, seruetur à cathedrali seu matrice parochiali Ecclesia. Quàm disiunctiuam intellige respectiuè: hoc est à cathedrali, vbi est cathedralis vt in ciuitatibus, à matrice, vbi est cathedralis: sed est matrix Ecclesia vt in castellis, à parochiali, vbi nec cathedralis, nec matrix Ecclesia est, sed parochialis, vt in vilis. Quartò, ex parte modi seruandi, scilicet sine dolo & fraude: hoc est quod religiosi non latenter perforant ianuas vel fenestras vnde laici possunt videre aut audire diuina: & breuiter syncerè seruent. Et est Episcopalis.

In eum qui in ciuitate seu diocesi vbi sunt populi diuersarum linguarum habentes sub vna fide varios ritus usurpat presulatum. CAP. LXVIII.

Presulatus officium usurpans excommunicatur.

Quoniam in plerisque partibus intra eandem ciuitatem atque diocesim permixti sunt populi diuersarum linguarum, habentes sub vna fide varios ritus & mores, districtè præcipimus vt pontifices huiusmodi ciuitatum siue diocesium provideant viros idoneos, qui secundum diuersitates rituum & linguarum diuina illis officia celebrent, Ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos verbo pariter & exemplo. Prohibemus autem omnino, ne vna eademque ciuitas siue diocesis diuersos Pontifices habeat tanquam vnum corpus diuersa capita, quasi monstrum. Sed si propter prædictas causas vrgens necessitas postulauerit, pontifex

loci

Excommunicatio. 255

loci catholicum Præfulem nationibus illis conformem prouida de liberatione constituta sibi vicariis prædictis, qui ei per omnia sit obediens & subiectus. Vnde si quis aliter se ingesserit, excommunicationis mucrone se nouerit percussum: & si nec sic respuerit, ab omni ministerio Ecclesiastico deponendum: adhibito, si necesse fuerit, brachio seculari ad tantam insolentiam repellendam. Extra de offic. ordi. capi. quoniam in plerisque.

CAnonis istius materia est usurpatio præfulatus. Et quò ad personas est vniuersalis. Quò ad actiones verò punit vnã, scilicet aliter se ingerere, quàm ex ordinatione Episcopi. Vbi aduerte quòd canon iste directè excommunicat illos qui vbi sunt, verbi gratia Latini & Græci, & Episcopus est Latinus, usurpant sibi præfulatum, super Græcos, & sic de similibus. Horret enim canon iste duo capita in eadem ciuitate seu diocesi, & propterea vult si necessitas vrgens postulauerit, quòd Episcopus substituat sibi Episcopum super illos alterius ritus, vt suum vicarium. Hodie tamen canon iste parum aut nihil videtur seruari, quoniam Apostolica sedes prouidet quandoque in eadem etiam ciuitate habente Latinos & Græcos, de duobus Episcopis seu Archiepiscopis. Et est Episcopalis.

In eos qui propter legitimum impedimentum à sententia canonis vel hominis ab eo qui regulariter absoluere non poterat absol'uti, contemnunt quam primum commodè possunt ei à quo regulariter erant absoluedi se præsentare &c. CAP. LXIX.
Impenitens in actu absolutionis ab incurso
excom-

256 Excommunicatio.

*excommunicatione t̄enuò excom-
municationis vinculo
regrauatur.*

EOs qui à sententia canonis vel hominis quum ad illum quo aliàs de iure fuerant absoluendi nequeunt propter imminentem mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum, ab alio absoluuntur, si cessante postea periculo vel impedimento huiusmodi, se illi à quo his cessantibus absolui debebant, quantò commode poterunt contempserint præsentare, mandatum ipsius super illis pro quibus excommunicati erant, humiliter recepturi, prout iustitia suadebit, decernimus in eandem sententiam recidere ipso iure. Idem statuimus de iis quibus quum à sede Apostolica vel legatis ipsius absolutionis beneficium à quibusuis sententiis consequuntur, iniungitur ut ordinariorum suorum vel aliorum quorumlibet suscepturi penitentiam ab eisdem, se conspectibus præsentent, & passis iniuriam, seu iis quibus propter hoc legati existunt, satisfactionem exhibent competentem: si hæc quum primò poterunt, non curauerint adimplere. De senten. excom. cap. ros. lib. vi.

CAnonis istius materia est impœnitentia absolutorum à censuris in certis casibus. Et quo ad personas, licet sit absolutè vniuersalis, restringitur tamen ad eas quæ in talibus casibus tenentur se præsentare Prælati seu ordinariis, &c. Quò ad actiones verò duas punit: prima est contēnere, præsentare quã primò cōmodè quis poterit illi à quo cessante periculo vel impedimento absolui debeat, secunda est, non curare adimplere iniunctionem de præsentando & satisfaciendo, quum primum commodè potest.

Ybi nota tres casus. Primus est eorum qui absoluti

ex

Excommunicatio. 257

ex periculo mortis vel legitimo impedimēto ab exco-
municacione lata à iure vel ab homine, ab eo qui non
potest regulariter absoluere, si post hæc non se præ-
sentant illi à quo regulariter fuerant absoluendi, &c.
Secundus est eorum qui absoluti à Papa vel ipsius
legato, si missi ad ordinarios vel aliquem alium pro
pœnitentia, non implent iussionē. Tertius est si istis-
met iniunctum fuerit vt iatisfaciant iniuriam passis,
seu illis quibus propter hoc ligati existunt & similiter
non curauerint adimplere.

Et pro secundo quidem & tertio casu stabis cum
verbis canonis: vt scilicet locum habeat duntaxat
quādo absolutio & iniunctio sunt ab apostolica sede
seu legato ipsius, ita quod si sunt à iudice delegato aut
Episcopo, nō ligat iste canon. Pro omni autem casu
aduertendum est, quod tēpus quamprimū cōmodē
poterunt, in foro iudiciali arbitrio iudicis decernitur:
in foro autem conscientie, absolutus ipse teltis est
sue conscientie: si fuerit negligens aut contemptor.
Et quia lex ista non arctat ad præsentandum se per-
sonaliter, idcirco si quis per procuratorē ad hoc in-
stitutū cum veritate satisfactiois compareret coram
istis quā primū posset, satisfacere videtur canon: quū
nihil horū quæ agenda sunt, exigat præsentiam per-
sonalem: vt patet discurrendo per singula. Et ista ex-
communicatio est Episcopalis, si illa à qua fuerat
absolutus, erat Episcopalis, & similiter est Papalis, si
prima erat Papalis: reincident enim in eandem senten-
tiam qua prius ligabatur.

*In eos qui in locis in Christianorum corpo-
ra defunctorum ad alia loca transferenda
exenterare, in frustra incidere, elixare, ex-
cutere carnes ab ossibus, &c. presumunt.*

CAP.

258 Excommunicatio.

CAP. LXX.

*Crudelitatem in humana corpora exercēs,
præcipuè Christiana, ex-
communicatur.*

SI defuncti exequutor vel exequutores, aut fami-
liares eius, seu quivis alii cuiuscunque gradus fue-
rint, aliquid contra nostri statuti & ordinationis
tenorem præsumperint attentare, defunctorum
corpora sic inhumaniter & crudeliter pertractando
vel faciendo pertractari, excommunicationis senten-
tiam (quam ex nunc in ipsos proferimus) ipso facto
se noverint incursum: à qua non nisi per Apostoli-
cam sedem (præterquam in mortis articulo) possint
absolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus
ille cuius corpus sic inhumanè tractatum fuerit. Ec-
clesiastica careat sepultura. Bonifa. VIII. in extrava-
gantia de sepul.

CAnonis istius materia est crudelis immanitas
in cadavera humana. Et quò ad personas est v-
niuersalis. Quò ad actiones verò cõprehendit actio-
nes duas. Prima est, sic inhumaniter & crudeliter per-
tractare. Secunda est, facere sic pertractari. Appo-
nuntur tamen quasi quatuor limitationes. Vna est,
circa loca defunctorum: quia non ligat, nisi mortuus
sit in loco vbi fidei cultus viget. Alia est declaratio
ipsarum actionum, scilicet exenterare, incidere in
frusta, elixare, excutere carnes ab ossib. & similes cru-
delitates. Alia est, circa qualitatem animi: scilicet quòd
præsumperint contra huiusmodi statutum & ordi-
nationem. Quarta demum est, circa finem: quòd sci-
licet homini immanitas fiat vt transferantur corpo-
ra defunctorum ad alia loca. Et hæc quarta conditio
elicitivè ex textu à doctoribus sumitur: ex hoc quòd
casus

Excommunicatio. 259

casus quem tollere intendit lex, est huiusmodi abusus propter transferenda corpora ad alia loca: poenae autem non sunt extendendae extra casus suos. Et scito quod huiusmodi concisiones & exenterationes cadaverum humanorum multipliciter considerari possunt. Primò absolutè: & sic habent quandam speciem mali, scilicet crudelitatis & feritatis, & propterea Bonifacius hoc considerans, fecit hanc legem contra quorundam consuetudines. Secundò possunt considerari in ordine ad aliquem finem: & sic iuxta qualitatem illius finis iudicandae sunt. Nam si fiant ad iniuriam irrogandam, sub crimine bestialitatis comprehenduntur. Si verò fiant ad scientiam acquirendam, sub medicinalibus actionibus comprehenduntur: ut in anatomis patet. Vnde qui usque hodie corpora regalia exenterant & excerebrant, ut multis diebus venerari sine foetore à populo possint, nec feritatis rei sunt, nec contra canonem istum agunt: quia non extenterant ut transferant ad alia loca, sed ne foeteant. Et sic de similibus. Et est papalis.

In omnes qui in terris suis nova pedagia imponunt, vel prohibita exigunt.

CAP. LXXI.

Pedagia prohibita vel insolita ab incolis suis exigentes excommunicationis muncrone veniunt feriendi.

Excommunicamus & anathematizamus omnes qui in terris suis nova pedagia imponunt vel prohibita exigunt. In processu coenae Domini. Canonis istius materia est libertas humana ab oppressione illicitarum gabellarum. Et quò ad personas est universalis. Quò ad actiones, duas ligat actiones, prima est,
R

260 Excommunicatio.

est, imponere noua pedagia. secunda est, exigere prohibita. Vbi aduerte canonem istum non facere mentionem de clericis plusquam laicis, & loqui solum de pedagiis: quoniam nullum aliud substantium in hac locutione reperitur. Et vbi tempore Mart. v. excommunicabantur duntaxat qui imponunt noua pedagia, postea adiunctum est, vel exigunt prohibita, proculdubio pedagia, de quibus erat sermo inchoatus: alioquin exigentes quæcumque prohibita essent ab hoc canone excommunicati: quod est ridiculum. Ex quibus sequuntur duo. Primum est, quod imponentes nouas collectas seu taxas non incurrunt hunc canonem punientem imponentem nonas gabellas. Secundum est, quod exigentes prohibita pedagia, à quibuscunque exigant (siue laicis siue clericis) incurrunt hunc canonem, dummodo exigant, quod importat coactionem quandam: siue coactio ista fiat imperio, siue arrestatione rerum vel personarum, siue minis, & breuiter quomodolibet fiat quod inuitus soluat.

Et quia verba proprie intelligenda sunt, nec sunt in materia poenali extendenda: aduerte differentiam inter exigere pedagia prohibita, & exigere pedagia non prohibita, sed à personis prohibitis: qui enim exigunt pedagia licita, sed à personis prohibitis (puta priuilegiatis, siue illi priuilegiati sint laici, puta milites, siue clerici) non incurrunt hunc canonem, quia non exigunt pedagia prohibita, sed licita, quanuis ab iis qui non tenentur: alioquin exigentes licita in se pedagia à quibuscunque priuilegiatis, siue laicis siue clericis, incurrunt hanc censuram: quod non esse verum videtur manifestissimum. Sed ad hoc vt exigentes incurrant hunc canonem, requiritur quod exigant pedagia in seipsis prohibita: qualia sunt omnia noua siue debita licentia imposita, & similiter ea quæ sunt imposita pro iis qui deferuntur pro vsu proprio, vel ad fiscum, vel

Excommunicatio. 261

vel exercendi iuris gratia: quum hæc sint ex iure civili prohibita sub pœna capitis. Cum his tamen memento, quòd exigentes à clericis etiam licita pedagia, incurrunt excommunicationem ex alio canone: vt supra patet. Et quia canon præsens est in cœna Domini, est Papalis.

In dantes & recipientes in simonia ordinis vel beneficij, item in eos qui quòd illis fiat, mediatores extiterint seu procurauerint. CAPVT LXXII.

Simoniaci in beneficiorum collatione vel adeptione indubitanter sint excommunicati.

MULTÆ contra simoniacam prauitatem iam olim factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit extirpari, volentes igitur de cætero vt possumus attentius prouidere, sacro approbantæ concilio declaramus, quod ordinati simoniacè, ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones simoniacæ Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personarum, officiorum & beneficiorum quoruncunque deinceps factæ: nullæ sint ipso iure, nullumque per illas ius cuiquam acquiratur: nec promoti, confirmati, ac prouisi faciant fructus suos: sed ad illorum restitutionem tanquam iniuræ ablatorum teneantur percipientes. Statuentes insuper quòd dantes & recipientes, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si pontificali aut cardinalatus præfulgeant dignitate. *Martinus v. in concil. Constancien.*

R. 2

Canonis

262 Excommunicatio.

Canonis istius materia est simonia. Et est quod ad personas vniuersalis. Quantum ad actiones vero duas excommunicat. s. dare & recipere: ita quod tam dantes quam recipientes in simonia ordinis vel beneficii, sunt excommunicati. Et tertiam addit Paulus secundus in extrauaganti quum detestabile. s. contra illos qui vt huiusmodi simonia fiat, mediatores extiterint vel procurauerint. Vbi nota quod licet huiusmodi Extrauagantes videantur prima facie ad omnes simoniacos se extendere propter quaedam verba lata ibi contenta: quia tamen materia de qua agitur, est sola simonia in ordine aut beneficio (vt patet in tractatu & contextu eorundem) ideo communiter dicitur & rationabiliter quod soli & omnes simoniaci in ordine aut beneficio sunt excommunicati. Excommunicati autem simoniaci pro ingressu monasterii sub his non comprehenduntur, sed suo loco relinquuntur. Appellatione autem beneficii intellige non solum illud quo aliquis dicitur habere beneficium, sed etiam prioratum, guardianatum, & similia quouis nomine vocentur, quae sunt praelationes & officia pastoralia apud mendicantes: quoniam monasteriorum seu conuentuum sunt electiones, confirmationes, seu prouisiones huiusmodi, quamuis non computentur inter Ecclesiastica beneficia. Et est Papalis.

In singulares personas aliquid ex pacto dantes aut recipientes pro ingressu religionis.

CAP. LXXIII.

Ingressum religionis emētes, aut pro ea aliquid recipientes excommunicationis incurrunt exitium.

Vniuersis

Excommunicatio. 263

Vniuersis & singulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, præpositis & magistris, necnon Abbatissis & Priorissis, aliisque Prælati quouis nomine nuncupatis & eorum officialibus (quarumcunque etiam Ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, domorum & locorum quarumlibet religionum, ordinum etiam militarium tam exemptorum quam non exemptorum, quocunque nomine censeantur) ac capitulis & conuentibus & singularibus personis eorum tenore præsentium autoritate Apostolica, quamuis sit eis à iure inhibitum, districtius inhibemus, ne tam à maribus, quàm à mulieribus religionem eorum ingredi uolentibus, Ecclesias, monasteria, prioratus, domos seu loca, in earundem personarum receptione aut ante vel post illam, quoscunque pastus, prandia seu cœnas, pecunias, localia aut res alias, etiam ad Ecclesiasticum seu quemuis pium usum alium deputata vel deputanda, de cætero directè vel indirectè petere vel exigere quouis modo præsumant: sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant ac in victu & vestitu, sicut alias personas Ecclesiarum suarum monasteriorum, prioratum, domorum, aliorumque locorum syncera charitate pertractent: illa duntaxat quæ ipsæ personæ ingredientibus purè ac sponte & plena liberalitate omniq; pacto cessante dare vel offerre Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, domibus à locis huiusmodi uoluerint: cum gratiarum actione licitè recepturi. Nos enim qui secus exegerint, si singulares personæ sint, tam dâtes quàm recipientes huiusmodi, excommunicationis: si uero capitulum seu conuentus fuerit, suspensionis sententiis eo facto decernimus subiacerè. A quibus (præterquam in mortis articulo) absolui nequeant absque sedis Apostolicæ licentia speciali. Urbanus v. in extrauag. sanè ne in uinea.

R 3

Canonis

264 Excommunicatio

Canonis istius materia est simonia pro ingressu monasteriorum. Et quò ad personas comprehendit omnes quò ad actiones verò duas: scilicet dare vel accipere. Vbi nota quòd sicut in cæteris simoniis ab Ecclesiis punitis requiritur pactio, ita & in ista: ita quo ex pacto dantes vel accipientes sunt excommunicati. Si autem sine pacto darent vel acciperent, non essent excommunicati, quantumcunque intentio dantium & accipientium esset peruersa, sicut in cæteris simoniis contingit. Aduerte quoque Decretalem hanc pluries repetere edita iura contra huiusmodi petitiones, consuetudines & exactiones: quoniam hinc elici potest quod si aliqua petuntur vel exiguntur non contra alia iura edita exempla sunt sub hac excommunicatione quæ adiuncta est prioribus iuribus: vt ipse conditor canonis testatur.

Et ex hoc capite excusantur omnes putantes se pie agere pro consuetudinibus antiquis seruandis, non vendentes ingressum religionis, sed exigentes, seruari laudabiles consuetudines, excusantur autem tantum ab ista censura, quantum excusantur à transgressione communis iuris: quamuis ex alio capite videatur excusari. scilicet ex communi vt videtur, consuetudine: ex qua Decretalis hæc aut nunquam videtur recepta, aut sic interpretanda. Non desunt quoque verba Decretalis huius ex alio capite excusantia, scilicet ex presumptione: quoniam presumptione affectas supponit huiusmodi petitiones. Et propterea qui non præsumunt, sed imitantur prædecessorum vestigia, bona intentione, non incurrunt huiusmodi censuras. Quocirca moniales petentes solitas ibidem dari dotes & lectisternia, vestes & huiusmodi, & instantes ad hoc vt parentes puellæ faciant sicut alii (sive monasterium egeat, sive non) non sunt excommunicatæ: quia nulla hic interueniat pactio, sed instantia vt faciant sicut alii. Si verò

mona.

Excommunicatio. 265

monasterium egeat, ita ut non possit sustentare recipiendā absque penitentiā, possunt licitē pacisci ut portet secum quod necesse est ad sui sustentationē: quoniā hoc naturæ ius exigit. Et est Papalis.

In religiosos qui ex ordinibus mendicantium quorumcunque ad aliquem monasticum ordinem Carthusiensium excepto, absque sedis Apostolicæ licentiā speciali cōvolāt: & eos qui ipsos recipiunt.

CAPVT LXXIIII.

Mendicans non potest absque censura excommunicationis ad alium ordinem sine speciali sedis Apostolicæ dispositione transmutari.

IN futurum nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus mendicantium quorumcunque in aliquē monasticum ordinem (tam sancti Benedicti, quam Cisterciensis, Camaldulen. Vallis umbrosæ, Canonorum regularium sancti August. vel aliorum monasticorum ordinum) Carthusiensium duntaxat excepto, possit aut debeat per quemcunque recipi vel admitti virrute alicuius licentiæ vel indulti absque sedis Apostolicæ licentiā speciali sub dictis pœnis (scilicet excommunicationis latæ sententiæ reseruatæ Papæ) quas tam recipientes quam recepti ipso facto incurrant. Et nihilominus secus facta non teneant ipso iure Martinus. v. in extrauag. viam ambitiosæ.

CAnonis istius materia est ambitiosus seu mollis transitus de religione ad religionem. Et quò ad personas est particularis: quia ligat solos mendicantes & monachos, exceptis Carthusiensibus. Quò ad

256 Excommunicatio

actiones ligat duas recipi & recipere: hoc est transferti medicantiū ad religionē monachalē excepta Carthusiensi, & receptionē eorundē: ita quod recipientes & recepti sunt excommunicati. Et est Papalis.

In eos qui bona Ecclesiastica alienant, & illos qui ipsa alienata recipiunt.

CAP. LXXV.

Bona Ecclesiastica alienans & alienata recipiens excommunicatur.

OMnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteoticum) præterquam in casibus à iure permisis, aut de rebus & bonis in emphyteosim ab antiquo concedi solitis, & tunc Ecclesiarum euidente utilitate, ac de fructibus & bonis quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia) hac perpetuo valitura cōstitutione præsentī fieri prohibemus. Si quis autē contra huius nostræ prohibitionis seriē de bonis eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio hypotheca, concessio, locatio, conductio & infeudatio huiusmodi, nullius sint momenti: & tam qui alienat, quàm is qui alienatas res & bona prædicta receperint sententiā excommunicationis incurrat. Paul. xi. in Extrauag. ambitiosæ.

CAnonis istius materia est sacrilegium circa alienationem rerum Ecclesiæ. Et quo ad personas excommunicatio est vniuersalis. Quò ad actiones, duæ in genere ponuntur. Prima est, alienare: Secunda est, alienata recipere contra constitutionem hanc. Vbi nota duo. Primò, tres casus explicitè in hac constitutione

Excommunicatio. 267

stitutione concedi seu non prohiberi. Primus est locationis & conductionis intra triennium. Secundus est, emphyteosis habens tres condiciones. s. in casibus à iure permisis, & de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteosim, & cum evidenti Ecclesiæ utilitate. Tertius est, alienationis fructuum qui seruando seruari non possunt, vt frumentū vini & huiusmodi. In his enim tribus casibus nulla incurritur excommunicatio secundum tutiorem sensum huius Decretalis. Nota secundò quod quia hæc Decretalis non est recepta vbique & alicubi videtur recepta non totaliter, sed quò ad aliquid. ideo vbi non est recepta, & similiter quantum ad illud in quo alicubi non est recepta, neminem damnare: eò quòd nisi consensu vrentiū lex fuerit firmata, pro non lege habetur. Est ergo cautus confessor, vt scias consuetudinem patriæ quo ad hoc: scies autē illam à curia Episcopali.

Nota quoque quòd in rebus immobilibus minimis non reputatur Paulinam habere locum. Et est Episcopalis.

In sacerdotium officium vicecomitis aut prepositi singularis habentem, & post monitionem emendare volentem.

CAP. LXXVI.

Sacerdos seculare exequens officium excommunicatus habetur.

Inhibemus sub interminatione anathematis, ne quis sacerdos officium habeat vicecomitis, aut prepositi secularis. Si quis autem cōtra hæc venire presumpserit, & commonitus emendare noluerit, excommunicationi subiaceat. extra ne clerici vel monachi, cap. clericis.

R s

Canos

268 Excommunicatio.

Canonis istius materia est quoddam sacrilegium quo per indecens officium, sacerdotio iniuriam facit ipse sacerdos. Et quò ad personas, soli sacerdotes excommunicantur. Quantum ad actiones duæ simul iunctæ excommunicationi subiiciuntur. Prima est habere officium vicecomitis aut præpositi secularis. Secunda est, post monitionem nolle emendare. Hæ enim duæ actiones si simul concurrant in sacerdote, excommunicationi ipsum subiiciunt. Aduertant hic Prælati qui sunt regnorum gubernatores seu vicereges, quoniam appellatione præpositi secularis omnis huiusmodi præsentia iurisdictionem habens secularem venire videtur. Et hoc intellige, quando huiusmodi præpositura est aduentitia personæ: nam si est annexa, vel etiam de nouo annecteretur Ecclesiasticæ dignitati (vt contingit in episcopis habentibus vtranque iurisdictionem) non habet locum hic canon. Et similiter si quis dominus temporalis efficeretur sacerdos, non propterea perdit dominium suum seculare: sed potest illud exercere, quemadmodum Episcopus habens vtranque iurisdictionem. Secus autem esset, si quis habens officium vicecomitis aut secularis præpositi (puta potestatis aut huiusmodi) fieret presbyter: quia non potest retinere officium illud: quoniam inhibetur sacerdoti habere huiusmodi officium. Et est Episcopalis.

In confessores qui in xij. casibus hic enumeratis, et generaliter in casibus bullæ cœne Domini quemquam absoluerit, aut quatuor excepta vota commutare attentant.

CAP. LXXVIII.

*Sacerdos à casibus per sedem Apostolicam
specia-*

Excommunicatio. 269
*specialiter reseruatū absolvens
excommunicatur.*

Authoritate Apostolica tenore presentium statuimus & ordinamus, quod de cetero pretextu facultatum quantumcunque concessarum à nobis vel auctoritate nostra, & quas concedi quomodolibet contingit in futurum etiam cum clausula quòd sola signatura sufficiat etiam in fauorem fidei & cruciatæ nullus confessor quemuis qui offensæ Ecclesiasticæ libertatis, violationis interdicti à sede Apostolica impositi, seu hæresis postquam quis fuerit de ea sententialiter condemnatus, delatus seu publicè diffamatus, conspirationis in personam aut statum Rom. Pont. seu cuiuscuis offensæ inobedientiæ aut rebellionis eiusdem Pontific. vel dictæ sedis, mutilationis membrorum vel occisionis cuiuscunque in sacris ordinibus constituti, offensæ personalis in Episcopum seu alium prælatum, inuasionis, deprædationis, occupationis, ac deuastationis terrarum Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum: seu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium, prohibitionis deuolutionis causarum addictam curiam, delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis nouorum onerum, realium vel personalium Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis, simoniæ super ordinibus vel beneficiis consequendis in dicta curia vel extra eam contractæ quomodolibet reus foret, & generaliter in casibus contentis in literis quæ consueuerunt in die coenæ Domini publicari, pretextu huiusmodi, facultatum absoluere, & per quosuis emissa peregrinationis vltimarinaræ, uisitationis liminum Apostolorum Petri & Pauli, in Compostella: & castitatis ac religionis
vota,

270 Excommunicatio.

vota, nisi ex speciali licentia & certa scientia nostra (de qua demum constare censeatur, quum in signatura nostra desuper manu nostra scriptum, aut in literis nostris expressum fuerit nos ex certa scientia & de speciali gratia id concedere cum derogatione presentis constitutionis, illius de verbo ad verbum inserto tenore, non autem per clausulas id importantes) vel in articulo mortis constitutum (& tunc in casibus vbi satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactio, vel idonea prestita cautione) commutare presumant. Et si aliqui confessorum contra presentem constitutionem quemquam absoluerit, aut excepta vota predicta commutare attentauerint, absolutio & commutatio huiusmodi nullius sint roboris vel momenti: & contrafacientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant. A qua (nisi in mortis articulo constituti) ab alio quam à Ro. Pont. absolui non possunt. Sixtus iiii. in extrauag. Et si dominici.

Canonis istius materia est sacrilegium circa usurpatam spiritualem iurisdictionem in absoluendo à casibus reservatis, &c. Et quantum ad personas, confessores comprehenduntur. Quantum ad actiones verò duæ sunt in genere: scilicet absoluerit à reservatione, quæ hic enumerantur: & commutare vota hic reservata. Et declaratur quomodo in articulo mortis agendum sit. Vbi nota casus huiusmodi dupliciter inueniri. Primò, vt non remanserit poenitens obligatus ad satisfaciendum. Et tunc potest in articulo mortis quilibet absolui cū promissione vel iuramento quod presentabit se si euaserit, petenti legitime absolute: non pro absolute, se ad standum mandatis Ecclesiæ. Si autem poenitens remanserit obligatus ad satisfaciendum, si potest præmitti debet satisfactio: quod si non potest, tunc præstare debet idoneam cautionem antequam absoluator. Et vocatur idonea cautio.

Excommunicatio. 271

cautio, pignoratitia: quòd si hanc non potest, det fide iussoria m: & si hanc etiã non potest, det iuratoriã. Et hoc aduertant bene confessores, ne illaqueantur. Et est Papalis non solùm hinc, sed etiam ex processu in cœna Domini, quantum ad absoluenres à contentis in bulla cœnæ Domini.

In eos qui asserunt tenentes beatam Virginem ab originali peccato fuisse præseruatam, hæresim aut peccatum mortale incurrere, &c. & eos qui affirmant contrariam opinionem tenentes in hæresim vel peccatum mortale incidere.

CAP. LXVIII.

Virginem Mariam asserentes originali macula fuisse contaminatam, aut oppositum tanquam hereticum impugnantes, excommunicationis onere premuntur.

MOtu proprio assertiones quorumlibet prædicatorum qui affirmare præsumerent eos qui crederent aut tenerent Dei genitricem ab originali peccati macula in sua conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut conceptionis officium celebrantes, seu sermones illorum qui eam sine huiusmodi macula conceptam esse affirmant audientes alicuius peccati reatum incurrere: utpote falsas & erroneas æditosque desuper libros id continentis, quò ad hoc autoritate Apostolica tenore præsentium reprobamus & damnamus: ac motu, scientia & autoritate prædictis, statuimus & ordinamus quod prædicatores

catores

272 Excommunicatio.

catores verbi Dei, & quicumque alii qui de cætero ausu temerario præsumpserint in suis sermonibus ad populum seu alias quomodolibet affirmare huiusmodi sic per nos improbatos & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere vel habere postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant. A qua ab alio quàm à Rom. Pont. nisi in mortis articulo, nequeant absolutionis beneficium obtinere. Item motu, scientia & autoritate similibus simili poenæ ac censuræ subicientes eos qui ausi fuerint asserere contrariam opinionem tenentes (videlicet gloriosam virginem Mariam cum originali peccato fuisse cõceptam) hæresis crimen vel peccatum incurrere mortale: quum hoc nondum sit à Ro. Eccle. & Apostolica sede decisum. Sixtus. 1111. in Extra. graue nimis.

CAnonis istius materia est sacrilega, seu præcepti assertio seu affirmatio cuiusdam ambigui in doctrina Christiana circa conceptionem beatæ Virginis. Et quò ad personas in vtroque casu excommunicatio est vniuersalis. Quò ad actiones verò, in vtroque casu actio est audere asserere seu affirmare hæc vel illa, prout in litera. Et adiungitur in primo casu habere quosdam libros pro veris quo ad hoc.

Nota confessor, quòd vbi de simplici corde aliquis errasset, non incurrit hunc canonem pro quanto defuit ibi audacia seu præsumptio, quæ non frustra in litera apposita est. Et est Papalis.

In impediētes legatos vel nūcios Apostolicos ne recipiantur & faciāt ea ad quæ missi sunt. CAP. LXXIX.

Aposto.

Excommunicatio. 273

*Apostolica sedis nuncios, quò minus suum
exequantur officium impediētes, ex-
communicationi subijciuntur.*

Aliqui officium & potestatem Romani Pontificis
quam non ab homine, sed à Deo recipit, sub suo
arbitrio redire molientes, legatos ipsius nisi ab eis pe-
titi fuerint, vel de beneplacito eorum transmissi, sibi
terras subiectas (dicentes hoc sibi de consuetudine
competere) ingredi non permittunt. Nos huiusmodi
consuetudinem auctoritate Apostolica penitus re-
probantes legatos ipsos ab omnibus cuiuscunque
præminentie conditionis, aut status fuerint, debere
admitti decernimus: nec eos prætextu cuiusvis con-
suetudinis impediri posse à quoquam Christiano no-
mine gloriante, quo minus regna, prouincias, terras
quaslibet ad quæ ipsos destinari contigerit, ingre-
diantur libere, commissæ sibi legationis officium ex-
erceant in eisdem.

Qui verò de cætero super prædictis dicto legatos
aut etiam nuncios quos ad quascunque partes præ-
causis quibuslibet sedes ipsas transmiserit, præsum-
pserint impedire, eo ipso sententiam excommunica-
tionis incurrant. Ioan. xxii. in Extrauag. cap. su-
per gentes.

Canonis istius materi est sacrilegium in Apo-
stolicam auctoritatem. Quò ad personas est vni-
uersalis. Quò ad actiones, vna prohibetur. s. impedi-
re legatos seu nuncios Apostolicos ne recipiantur &
faciant ea ad quæ missi sunt. Et est Episcopalis, quan-
tum est ex hoc canone.

*In vocatos ad dirigendum moniales in
electionibus, non abstinentes ab his unde
oriri*

274 Excommunicatio.

oriri vel nutriri possit discordia in ipsis electionibus faciendis. CAP. LXXX.

Discordiam in actu electionis seminantes vel nutrientes excommunicantur.

HI quos ad dirigendas in electionibus moniales deinceps contingent euocari: ab his prorsus abstineant, per quæ inter eas super faciendis ipsis electionibus oriri possint discordia, vel exorta nutriri: alias eo ipso excommunicationis sententiæ se nouerint subsacere. elect. cap. indemnitatibus. lib. vi.

Canonis istius materia est discordiæ occasio in electione. Et quantum ad personas comprehendit omnes & solos vocatos ad dirigendum moniales in electionibus faciendis. Quantum ad actiones duas comprehendit. Prima est, non abstinere ab his vnde possit oriri discordia in faciendis dictis electionibus. Secunda est non abstinere ab his, vnde possit nutriri discordia exorta super dictis electionibus faciendis.

Ex quibus bene consideratis clarè liquet quod non vocati ad dirigendas, &c. quantumcunque seminant discordias & diabolicè agant, exempti sunt ab hoc canone. Et similiter illi qui discordias seminant super electionibus factis, etiam si sunt de numero vocatorum: quoniam poenæ non extenduntur ultra casus suos. Et est Episcopalis.

In eos qui ordini prædicatorum aut Minorum contumeliam seu iniuriam in septē casibus inferunt. CAP. LXXXI.

Iniuriam ordini prædicatorum vel Minorum

runt

Excommunicatio. 275

*rum inferentes quibusdam casibus
excommunicantur.*

Intrantes monasteria monialium prædicatorum, siue seculares, siue Ecclesiasticæ personæ sint, in casu non concesso à constitutionibus earum, vel sine licentia magistri ordinis, aut alterius ab ipso magistro habentes super hoc potestatem, sunt ipso facto excommunicati. A qua excommunicatione non possunt absolui (præterquam in mortis articulo) nisi à Papa vel magistro ordinis, vel ab alio habente super hoc specialem auctoritatem ab aliquo prædictorum. Et ista sententia est lata etiam per Papam in bulla ordinis.

Intrantes monasteria sanctæ Claræ seu monialium ordinis minorum, & in casibus non concessis in regula ipsarum, vel sine licentiâ eorum qui dare possunt, sunt ipso facto excommunicati. Et Papæ reservatur absolutio, vel Generali ipsius ordi.

Quicumque libellos famosos in vulgari, vel literali sermone, necnon cantilenas vel rithmos edere, vel detinere, vel publicare præsumunt in infamiam status ordinis Prædicatorum vel Minorum, sunt excommunicati. A qua excommunicatione non possunt absolui, nisi personaliter sedi Apostolicæ se præsentent. Alexand. in privilegio ex altero. & in alio, non sine multa.

Quicumque prædicare, docere vel defensare præsumunt quod prædicatores vel minores non sint in statu perfectionis, & quod non licet eis de eleemosynis vivere, & quod non liceat eis prædicare, vel confessiones audire de licentiâ summi Pontif. aliorum prælatorum inferiorum & rectorum Ecclesiarum, aut sacerdotum parochialium consensu minimè requisito sunt excommunicati. A qua sententia non possunt absolui nisi personaliter sedi Apostolicæ se

§ præ

276 Excommunicatio.

præsentent. Alexander vbi supra.

Idem Bonif. xi. in priuilegio sacrae religionis: vbi etiam excommunicantur omnes qui impediunt eosdem fratres ne possint in suis Ecclesiis celebrare, recipere eleemosynas, vel prædicare. Quicūq; præsumit in loco fratrum prædicatorū violētiam damnabilem exercere, eo ipso sententiam excommunicationis incurrit. A qua absolui nequeūt, nisi per sedem Apostolicam, vel per conservatores ordinis prædicatorum deputatos. Clemens in quibusdam locis, & in alto.

Quicumque in monasterio vel Ecclesiis suis detinent apostatas ordi. prædicatorum, nisi eos eiecerint postquam eis per fratres dicti ordinis ne eos detineāt fuerit denunciatum: sunt excommunicati. Bonifac. in priuilegio, virtute.

Item fratres minores, qui præsumunt recipere fratres ordi. prædicatorum professos sine licētia summi Pont. faciente expressam de indulto huiusmodi mentionem, vel nisi prius suorum priorum licentia fuerit petita & obtenta, sunt excommunicati. Clemens ad minores, quos nos. Idem de eremitanis. Alexander ad eremitas, vestram.

Magistri, rectores artistarum, & scholares studii Parisien. qui publicè vel occultè fratres prædicatores vel minores à consortio vniuersitatis Parisien. excludere moliantur, sunt ipso facto excommunicati. A qua excommunicatione absolui nequeunt: nisi personaliter sedi Apostolicæ se præsentent. Alexander. ex alto.

Circa hos septem canones relatos à sancto Antonio in tertia parte suæ summæ, aduerte quod primus (scilicet de ingressu monasteriorum) dolum seu præsumptionem requirit: ita quod non solum excusantur ingredienti ex ignorantia quasi inuincibili (puta quia consueuerunt monasteria alicubi libera

EXC

Excommunicatio. 277

num habere ingressum, & nihil scitur de excommunicatione) sed etiam scientes excommunicationem, & existentes in locis ubi seruatur, si ingrediuntur in aliquo casu putantes sibi licere, excusantur: quia non præsumunt. Et in decretali prohibente ingressum in monasteria ordi. prædicatorum, ponitur verbum præsumat. In secundo quoque canone nota quòd non sunt excommunicati detrahentes huiusmodi religiosis, sed detrahentes statui: vt litera clare dicit.

Excommunicatio potest diuersimodè incurri: ultra canones consideranda.

PRÆter has autem excommunicationes inueniuntur multæ aliæ, in tria distinctæ genera. Earum nanque aliquæ quamuis sint notæ, non tamen sunt consensu vtriusque comprobata: quales sunt omnes contra non reuelantes simoniam, & contra dantes pro habèda gratia vel iustitia in curia Romana. Aliæ sunt communiter ignotæ: quales sunt multæ quæ dicuntur Ioan. xxii. quæ non possunt esse vtriusque consensu firmata, ex quo vt ignotæ aut incertæ fuerunt & sunt. Vidit fortè quispiam vnam copiam, & scripsit: quòd ea facilitate reicitur, qua proponitur. Has ego non retuli: quia nolo esse doctor similius. Et hæc duo genera non ligant: quia leges infirmæ seu abrogatæ sunt. Aliæ sunt nouæ quidem, sed quia nouæ, & nescio an sint receptæ, ideo ambiguus sum: vt sunt illæ quæ in concilio Lateranensis vltimo sub Iulio secundo & Leone decimo continentur: quæ glossare præsumere excommunicatum ibi est. Et vna est contra cardinales Roma. Eccle. reuelantes, aliquid in consistoria vetitum à Papa: alia est contra impressores librorum: alia contra prædicatores miraculorum. Quartum tenor est.

S a

Statu

278 Excommunicatio.

STatuimus ne quis cardinalium vota in consistorio data, & quæcunque ibi gesta aut dicta, quæ in odium aut præiudium aut scandalum alicuius recundare possunt verbo, vel scripto, vel quouis alio modo reuelet sub pœna periurii & inobedienciæ. Et quociescunque à nobis & Ro. Pontif. pro tempore existente specialiter & expressè ultra præmissa inductum fuerit super aliqua re silentium, si quis contra fecerit ultra dictas pœnas excommunicationis latæ sententiæ incurrat: à qua non possit absolui nisi à nobis vel præfato Roma. Pont. & cum expressione causæ, præterquam in mortis articulo. Leo x. in x. sessione concilii Lateranen.

STatuimus & ordinamus quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem seu aliam quamcunque scripturam tam in vrbe nostra quàm aliis quibuscunque ciuitatibus & diocesisbus imprimere seu imprimi facere præsumat, nisi prius in vrbe per vicarium nostrum & sacri palatii magistrum, in aliis verò ciuitatibus & diocesisbus per Episcopum vel alium habentem peritiam scientiæ libri seu scripturæ huiusmodi imprimendæ ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac inquisitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis siue diocesis in quibus librorum impressio huiusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria subscriptionem sub excommunicationis sententiæ gratis & sine dilatione apponendam approbentur. Qui autem secus præsumpserint, ultra librorum impressorum amissionem & illorum publicam combustionem, ac centum ducatorum fabricæ basilicæ principis Apostolorum de vrbe sine spe remissionis solutionem ac anni continui exercitii impressionis suspensionem, excommunicationis sententiæ innodatus existat. Idem ibidem in x. sessione.

Si quis

Excommunicatio. 279

SI quis in suis prædicationibus ad populum miracula falsa aut incerta, vel prophetias quæ ex sacra scriptura non constant, prædicare seu Episcopis aut suis superiobus (scilicet Ecclesiæ Prælati) detrahere ausi fuerint: ultra pœnas contra tales à iure statutas, excommunicationis etiam sententiam (à qua nō nisi à Ro. Pontif. præterquam in mortis articulo constituti absolui possint) eos incurrere volumus. Idem ibidem in xi. sessi.

EXpeditis duobus (primo scilicet & quarto promissis superius de excommunicatione tractandis: scilicet in quibus casibus incurritur excommunicatio, & ad quem spectat absolutio cuiuscunque) occurrit tractandum secundū inter promissa: scilicet quæ sunt vetita excommunicato: quæ si faciat peccat.

*Excommunicato plura sunt illicita, tam
diuina quàm humana à quibus non
abstinens peccato aggravatur
excommunicationis.*

Vbi scito quòd hæc sunt multa tam diuina quàm humana: excommunicatus siquidem exclusus est à participatione sacramentorum, & diuinorum officiorum communione: ita quod peccat mortaliter sacramentis participando actiuè vel passiuè. Et si clericus est, & actum alicuius ordinis sacri exercet, aut ordinem suscipit, efficitur irregularis. Et similiter peccat mortaliter orando cum aliis, siue dicendo, siue audiendo, siue interessendo ad hoc vt diuinis intersit: & hoc tã in Ecclesia quàm extra. Et ratio peccati mortalis in his casibus est præceptum Ecclesiæ sic communiter intellectum: quia excommunicatio directè excludit à diuinorum cõmunionem. Est quoque suspensus ab Ecclesiastico officio & beneficio. Et hinc est

§ §

quod

280 Excommunicatio.

quod non potest conferre beneficia, nec iudicare, nec alia quæ iurisdictionis sunt: imò nec facere fructus suos ex beneficio quod habet, quandiu est in mora petendi absolutionem. Nullum præterea potest acquirere beneficiū, nec potest eligi aut eligere, nec valent literæ per eum impetratæ à papa. Et est nihilominus exclusus à legitimis actibus, scilicet accusare, testificari, constitui in procuratorem, constituere procuratorem, nisi sit reus. Et gesta per eum ratione publici officii etiam ciuilibus, non valent. Et demum à conuersatione humana excluditur: scilicet colloquutione, conuiuio, & huiusmodi, ita quòd excommunicatus contraria faciens peccat, quia contra rectam rationem legis Ecclesiasticæ facit. Non tamen peccat in quolibet prædictorum mortaliter, sed quandoque. Discerni autem hoc potest, distinguendo actus vitiosos excommunicato in tria genera: duo extrema & vnum medium. Excommunicare siquidem separando à communione fidelium separat primò à sacramentorum & diuini cultus communione quod est primum commune fidelibus. Separat deinde ab Ecclesiasticorum actuum communione: quod secundum est in quo communicant Christiani. Separat demum ab humanorum operum communione: quæ communia sunt Christianis & non Christianis. Et quantum ad duo extrema spectat, clara est differentia, in hoc quòd contra primum genus agere, est peccatum mortale: vt prædictum est. Contra tertium autem non est peccatum mortale: quia excommunicatio directè excludit à communione hominum quatenus Christiani sunt, & per quandam exceptionem à communione hominum. Et ideo illud contra, hoc præter inhibitionem Ecclesiæ agitur: illud mortale, hoc veniale.

Sed de medio genere, & de actibus legitimis ciuilibus,

Excommunicatio. 281

bus, non vsquequaque clarum est. Rationabile tamen videtur, quod si in huiusmodi actibus non se immiscet aliqua iniustitia, aut aliquid aliud ex suo genere mortale, quod non peccetur mortaliter. Verbi gratia: si excommunicatus iudicat, est peccatum mortale ex suo genere: quia incidit in iudicium vsurpatum: quia potestas eius ligata est, sicut non potestas durante suspensione seu quasi suspensione. Vsurpatum autem iudicium est mortale ex suo genere: quia iniuriam facit per illum actum & illis quos iudicat, tanquam potens actu super illos, & communitati cuius actum vsurpat. Similiter si excommunicatus electus acceptat: iustitiam enim manifestè incurrit. Et similiter si eligit, iniuriatur & electoribus, quorum numerum iniuste auget: & Ecclesiae, cuius se quasi prouisorem agit. Et multò magis conferendo beneficia, & faciendo fructus suos in casu non confesso: & sic de similibus ubi iniustitia immiscetur. Vbi autem nec iniustitia nec aliud ex se mortale immiscetur (vbi si excommunicatus pro veritate testimonium ferat in Ecclesiastico etiam iudicio, vel aliquid huiusmodi faciat) non video vnde peccetur mortaliter: quum ab eis non primò sed secundariò sit exclusus. Petere autem etiam exigendo debitum in matrimonio, non est magis peccatum quam petere pecuniam à debitore, vtrunque enim potest excommunicatus, licet possit debitor excipere, allegando excommunicationem.

Participatio cum excommunicatis quibus casibus impune per- mittatur.

Circa tertium præmissorum (scilicet de peccatis participantium cum excommunicatis) pro cōstanti habetur, quòd participantes in diuinis cum excom-

§ 4

municatis